

**CORPUS**  
**SCRIPTORUM HISTORIAE**  
**BYZANTINAE.**

**EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR,**

**CONSILIO**

**B. G. NIEBUHRII C. F.**

**INSTITUTA,**

**AUCTORITATE**

**ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE**  
**BORUSSICAE**

**CONTINUATA.**

---

**LEO GRAMMATICUS.**  
**EUSTATHIUS.**

---

**BONNAE**  
**IMPENSIS ED. WEBERI**  
**MDCCCXLII.**



**LEONIS GRAMMATICI  
CHRONOGRAPHIA.**

EX RECOGNITIONE

**IMMANUELIS BEKKERI.**

---

ACCEDIT

**EUSTATHII DE CAPTA THESSALONICA LIBER.**

---

---

**BONNAE**

**IMPENSIS ED. WEBERI**

**MDCCCXLII.**





---

# IMMANUELIS BEKKERI

## P R A E F A T I O.

---

Leonis grammatici partem eam quae a p. 207 ad 331 pertinet, post Goarum Combesius edidit, Theophanis sui p. 443—510. alteram nuper admodum I. A. Cramerus adiecit, Anecdotorum Graecorum e codicibus manuscriptis bibliothecae Regiae Parisiensis 2 p. 243—379. qui ita praefatus est.

Hanc Anonymi chronographiam, quam e codice 854 f. 328 r. deprompsi, Leoni grammatico tribuit catalogi confector, sed perperam, credo: nam ea parte tantum operis nomen Leonis comparet quae sequitur tempora quorum annales confecit Theophanes, et haec satis congruunt cum iis quae sub eius Leonis nomine in Corpore Byzant. Script. vulgata sunt. hoc chronicon mihi videtur esse confectum ex variis scriptoribus, Cedreno, Ioanne Antiocheno, chronico

IV . IMMANUELIS BEKKERI PRAEFATIO

Paschali et aliis forsitan qui interciderunt.  
scholia quaedam adiecta sunt in margine  
eadem manu, quae est decimi tertii seculi.

Eustathii de capta a Latinis Thessalonica libellus primum inter opuscula eius a Tafelio collecta prodit. vertendum commisimus Eduardo Brockhoffio, praeclara indole iuveni, cui Phrantzen debemus Latine loquentem, mox Nicephori Gregorae partem tertiam e bibliothecarum latebris erutam debituri.

Scrib. Berolini Cal. Dec. a. 1841.

---

**ΛΕΟΝΤΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ**

**ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ.**



---

# ΛΕΟΝΤΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ \*).

## LEONIS GRAMMATICI

CHRONOGRAPHIA.

---

### ΛΕΙΠΕΙ ΤΑ ΕΞ ΑΡΧΗΣ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΑΥΤΗΣ.

... Τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐννοεῖν ὅτι ἡδύνατο ὁ ἄνθρωπος καὶ μετὰ τὴν παράβασιν εἰς αἰῶνας ζῆν, εἰ ἐγυῖσατο τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου· διὸ ἵνα μὴ κακὸν ἀθάνατον ἢ ὁ ἄνθρωπος, τοῦ παραδείσου ἐξοστρακίζεται, ὅπως μὴ γεύσῃται τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου καὶ ἀθάνατος διαμείνῃ. Θνητὸν δὲ αὐτὸν ἀπεφήνατο ὁ θεὸς νεκρότητι περιβαλὼν· τοῦτο γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνες σημαίνουσιν, ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς τῶν ζώων νεκρώσεως, ὅπως διὰ τῆς λύσεως τοῦ σώματος καὶ τῆς δέσεως ἢ ἁμαρτία πᾶσα αὐτόπρεμος διαφθαρή.

\*) Quae vulgo addunt, τὰ τῶν νέων βασιλέων περιέχουσα, ea ad alteram huius libri partem et Leonis Armenii initia pertinent.

### DEEST INITIUM HUIUS HISTORIAE.

..... Igitur ex iis, quae dicta sunt, colligendum, potuisse hominem, vel post peccatum in aeternum vivere, si ex vitali arbore fructus sumisset; quare ne immortale malum sit homo, ex paradiso est expulsus, ne vitalis arboris fructibus vescatur, et permaneat immortalis. mortalem autem eum deus fecit, induens ei mortalitatem (id enim vestes e pellibus factae significant, mortalitatis animalium ratione) ut, corporis quoque vinculis dissolutis omne peccatum radicitus extingatur.

Εἴρηται δὲ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ “ἰδοῦ Ἀδάμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν” οὐχ ὡς προκώψαντος αὐτοῦ διὰ τῆς ἀπειθείας ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς τε καὶ κακίας γνῶσιν, ἀλλ’ ὡς τοσούτου ἐξ ἀρχῆς πλασθέντος. φθάσασα γὰρ εἶπεν ἡ γραφὴ ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, 5 κατ’ εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. ὁ δὲ πλασθεὶς κατ’ εἰκόνα Θεοῦ δῆλον ὡς προκαταβεβλημένην εἶχεν ἐν τῇ φύσει τὴν γνῶσιν τοῦ καλοῦ τε καὶ τοῦ πονηροῦ. διὸ ἵνα μὴ τῇ αὐτεξουσιότητι κεχωρημένος μεταλάβῃ τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου καὶ γένηται κακὸς ἀθάνατος, ἐξεβλήθη σὺν τῇ Ἔνῃ εἰς τὴν γῆν τῆς 10 κτίσεως αὐτοῦ. τί γὰρ μετὰ ταῦτα πάντα ἡ θεία γραφή; “καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἐργάζεσθαι τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθη· καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἀδάμ, καὶ κατώκισεν αὐτὸν ἀπέναντι τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου, καὶ ἔταξε τὰ χερουβίμ καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν 15 τὴν στρεφομένην φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς.”

Μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τὸν ἄνθρωπον ἔξω τοῦ μακαρίου χωρίου ἀκαταμάχητοι φρουροὶ καὶ λίαν ὑπέροπτοι φυλάττειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἐτάχθησαν, ὡς μηδένα τοῦ λοιποῦ ἰσχύειν παρελθεῖν ποσὶ βεβήλοις εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον. 20 καὶ γὰρ μάχαιρα φλογίνη ἐτέθη ἐκεῖ ἐπὶ τῷ τὸν πλησιάζοντα, ἐξ ὕλης ὑπάρχοντι, πυρὶ φλεγόμενον ἀναλίσκεσθαι παραυτὰ καὶ ἀπόλλυσθαι. στρέφεται δὲ ἡ ῥομφαία, ἵνα ἐν τῇ πα-

20. εἰς om C i. e. editio Crámerana.

21. τῷ] τὸ C

Dictum est a deo: “ecce Adamus factus est ut nostrum aliquis, ita ut cognoscat bonum malumque,” non quo eo, quod non obediens fuit, virtutis et sceleris cognitionem nactus esset, sed quia talis ab initio formatus erat supra enim dixit biblia: “creavit hominem deus et creavit ad dei imaginem.” formatus autem quum fuerit ad dei imaginem, apertum est, insitam ab initio eius naturae boni malique cognitionem fuisse. quare ne libertate utens, vitalem arborem adiret, fieretque malus immortalis, expulsus est cum Eva in regionem quam incoleret; quid enim post haec omnia sacra scriptura? “et emisit eum deus dominus ex paradiso voluptatum, ut terram coleret, ex qua sumptus erat, et extrusit Adamum deditque domicilium procul a voluptatibus paradisi. et cherubim collocavit, gladiumque flammeum qui circumagebatur ad viam vitalis arboris custodiendam.

Expulso ex felice regione homine invicti et vigilantissimi custodes ad defendendam vitalis arboris viam sunt collocati, ut nemo in posterum ad illum locum profanis pedibus accedere posset. namque flammans gladius ibi positus est, ut, si quis e terra factus appropinquaverit, igni consumatur extemplo et intereat. circumagitur autem

λιγγενεσία, ὅτε καὶ ὁ ἄνθρωπος αὐθις οὐκίτωρ γένηται τοῦ παραδείσου, τοὺς μὲν δικαίους φωτίση παρερχομένου ἐπὶ τὸν θείον τῆς ἀθανασίας χάρον, τοὺς δὲ ἀδίκους, εἰ γὰρ προσεγγίσαιεν, καταφλέξῃ. αὐτόματα δὲ πάντα ἢ γῆ ἔφερε πρὸ 5 τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδάμ, καὶ μετὰ τοῦτο μηδὲν φέρειν χωρὶς πόνου ἐκελεύσθη.

Ἐξελθὼν τοίνυν ὁ Ἀδάμ σὺν τῇ Ἑῤα ἐκ τοῦ παραδείσου καὶ συνελθὼν αὐτῇ ἐγέννησε τὸν Κάϊν, εἶτα μετ' αὐτὸν τὸν Ἄβελ. ἦν δὲ Κάϊν μὲν γεωργὸς γῆς, ποιμὴν δὲ προβάτων 10 Ἄβελ. τοῦ δὲ Ἄβελ ἐκ τῶν πρωτοτόκων προβάτων δῶρα θύσαντος τῷ θεῷ, καὶ τοῦ θεοῦ δεξαμένον, καὶ τοῦ Κάϊν οὐκ ἐκ τῶν πρωτογεννημάτων ἀλλὰ μετὰ τὴν ἰδίαν καὶ κοινὴν τῶν καρπῶν ἀπόχρησιν θεῷ προσκομίσαντος, καὶ τοῦ θεοῦ μὴ δεξαμένου, οὐ μόνον ταῦτα ἀλλὰ καὶ ὅσα ἐφεξῆς ἐκ τῆς 15 πτῆς Γενέσεως ἔχουσι τὰ Μακρὰ ἐπὶ κακίᾳ τοῦ Κάϊν (τοῦτο δὲ ἐγένετο φανερὸν διὰ τοῦ ἐξαποσταλέντος οὐρανόθεν πυρός εἰς τὴν τῶν προσενεχθέντων ἐξανάλωσιν), ἐζήλωσεν ὁ Κάϊν τὸν Ἄβελ. ζητητέον ἐν πρώτοις διὰ τί τοῦ Κάϊν οὐ προσήκατο τὴν προσφορὰν. λύει τοίνυν τὸ ἀπορούμενον αὐτῇ ἢ 20 γραφῇ φήσασα “καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας, προσήνεγκε Κάϊν ὑπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς,” ὥστε διὰ τοῦτο ἐλέγχεσθαι τὸν Κάϊν ὅτι μὴ τὰ ἀκροθίνια τῶν γεννημάτων μήτε τὰ πρωτογενήματα προσήνεγκε τῶν καρπῶν τῷ θεῷ, ἀλλὰ ταῦτα μὲν

## 3. προσεγγίσει C

## 7. ἐπελθὼν C

gladius, ut in nova vita, quando homines denuo incolae fient paradisi, iustos illustret praetereuntes in divinum immortalitatis campum; improbos autem, si quis appropinquaverit, comburat. sponte autem terra ante Adami peccatum omnia proferebat, atque postea nihil ferre sine labore iussa est.

Egressus igitur Adamus cum Eva ex paradiso coit cum ea et procreavit Cain et post illum Abel. erat autem Cain agricola, pastor gregum Abel. quumque Abel ex primitiis pecudum munera deo sacrificasset, accepissetque deus, et Cain non ex primitiis, sed post proprium et communem fructuum usum deo praebuisset, quae tamen repudiavit deus, neque ea tantum, sed etiam quaecunque deinceps ex Parva Genesi in Magnam translata sunt, ob Cain impietatem, (illud autem declarabatur deiecta de coelo flamma, qua consumerentur dona allata); Cain ira in Abel exarsit. inquirendum est primum, cur repudiatum sit Cain sacrificium. et solvit quaestionem ipsa biblia dicens: “et eventit post aliquot dies, ut offerret Cain e terrae fructibus,” ita ut propter illud vituperetur Cain, quod non optimum quodque e fructibus ne-

ἑαυτῆς, θεὸν δὲ ἀσεβῶς ταῖς δευτέροις ἐτίμα. ἔπειτα διὰ τὴν μὲν ἐκ θυμάτων τοῦ Ἄβελ προσφορὰν δῶρα ἢ γραφὴν προσαγορεύει, τὰ δὲ τῶν παρῶν τοῦ Κάιν δῶρα θυσίαν ὀνομάζει; ἔστι πάλιν εἰς τὸ ζητούμενον εἰπεῖν, ὀρθῶς χρησάμενοι στοχασμῷ. δῶρον ἢ τοῦ Ἄβελ ὀνομάσθη θυσία, ἐπειδὴ 5 τοὺς δωρουμένους μιμησάμενος θεῷ προσκομίζει τὸ θῦμα· ὃν γὰρ τρόπον οἱ δωρούμενοι πρὸς ἀρέσκειαν τῶν κομιζομένων καὶ τὸ μάλιστα κάλλιστον ἐπιλέγονται, καὶ πᾶν ὀλόκληρον καὶ μηδὲν ἔξ αὐτοῦ τὸ σύνολον ἀποτεμόμενοι προσκομίζουσι τοῖς φίλοις τὸ δῶρον, οὕτως καὶ ὁ Ἄβελ τῶν ζώων 10 θύει τὰ πρωτότοκα καὶ τῶν κρεῶν προσφέρει τὰ πιότατα. ἔοικε γὰρ ἐπιδιαιρεῖν ὁ θύων, καὶ τὸ μὲν αἷμα τῷ θυσιαστηρίῳ προσχέειν, τὰ δὲ κρέα οἴκαδε ἀποκομίζειν, ὁ δὲ δωρούμενος πᾶν τῷ λαμβάνοντι παραχωρεῖ τὸ δῶρον. οὕτως οἶμαι τὰ πρωτότοκα καθιεροῦντα τὸν Ἄβελ φιλόθεον μᾶλλον 15 ἢ φίλαντον τὴν ἑαυτοῦ συνίστησι προαίρεσιν· ἑαυτῷ δὲ ὁ Κάιν ἀπονέμων τὰ γενήματα, καὶ τῶν δευτεριῶν ἀσεβῶς τὸν θεὸν ἀξιῶν, τῷ καὶ μεθ' ἡμέρας ἀλλὰ μὴ εὐθέως προσεγγεῖν φίλαντος μᾶλλον ἢ φιλόθεος ἐξελέγχεται, καὶ αὐτὸς μὲν εἰκότως προσκρούει, τὸ δὲ δῶρον ὡς ἀδόκιμον αὐτῷ προσ- 20 ρίπτεται.

Ὁ Κάιν πρῶτος ἄροτρον ἐπενόησε καὶ πλονεξίαν, Ἄβελ

- |                |                                    |             |     |
|----------------|------------------------------------|-------------|-----|
| 4. χρησάμενοι? | 13. προχέειν C                     | 14. παρτὶ C | 15. |
| καθιερώων δ'?  | 20. προρρίπτεται? au ἀπορρίπτεται? |             |     |

que primitias deo attulit, sed illis sibi retentis, deum impie deterioribus ornavit. deinde cur biblia Abel ex victimis donum munera appellat, Cain autem fructuum munera dicit sacrificia? ad hanc quoque quaestionem responderi potest, si quis recte inquirat. munus appellatum est Abel sacrificium, quod donantes imitans deo sacrificavit: quomodo enim donantes, ut grata exhibeant munera et pulcherrimum quodque eligunt et integra, neque ulla ex parte comminuta munera amicis dant, ita Abel quoque ex animalibus sacrificavit primitias et carnem pinguis- simam. solet enim qui sacrificat dissecata bestia sanguine aram adspargere et carnem domum referre; contra qui donat, ei qui accipit, integrum munus concedit. ita, credo, Abel sacrificatis primitiis, ingentium suum dei magis quam sui amans expressit; Cain autem, sibi fructus retinens et deterioribus impie deum colens, eo praeterea, quod post aliquot dies, non statim sacrificavit, vituperatur, quod se magis quam deum amabat; et ipse quidem, ut par fuit, offendit, munus autem, ut pravum, reicitur.

Cain primus aratrum invenit et aviditatem; Abel autem iustitiae erat studiosus. atque Cain Abel necavit et cadaver abscondit, ratus



δὲ δικαιοσύνης ἐπεμελεῖτο. πτείνας δὲ τὸν Ἄβελ ὁ Καῖν ἔκρουσε τὸν νεκρὸν, λαθεὶν ἐντεῦθεν οἰόμενος· βοῶντος δὲ πρὸς τὸν Θεὸν τοῦ αἵματος ἐπακούει ὁ Θεός· δικαίων γὰρ ἐπακούει, καὶ τελευτήσαντας ὅσιν, ἀδίκων δὲ καὶ αὐτὰς ἀποστρέφεται τὰς εὐχάς. τοὺς μὲν γὰρ καὶ τεθνεώτας νενομίκε ζῆν, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας τὴν ἀληθῆ κέρρικε τεθνηῆναι ζωὴν, τιμωρεῖ τὸν Καῖν οὐκ ἀναλὼν αὐτίκα, ἀλλὰ τρέμον αὐτῷ καὶ στεναγμὸν ἐπὶ πάντα τὸν βίον ἐπαρσάμενος· διόπερ ἐκείνου θάνατον ὡς φρονέως ὑφορωμένου φηοῖν ὁ Θεός· “οὐχ οὕτως, ἄλλὰ πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καῖν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει,” ὡς ἂν τις εἴπει “μηδὲ μικρὰν μηδὲ παρατρέχουσαν εἶναι τὴν κατὰ σαντοῦ δίκην ὑπολάβης, μηδὲ μεγάλα προσαδοκῆσης τῆ κατὰ τὸν θάνατον συντομίᾳ τὰ ἐπὶ τοῦ ζῆν διαδιδράσκειν κακά, ἀλλὰ χρὴ σε τοῦ ἁμαρτήματος ἰσόρροπον ὑφίστασθαι τὴν ἐπιτιμίαν. τοιγαροῦν ὁ τοῦ μεγίστου τῶν ἀδικημάτων τοῖς ἄλλοις ὑφηγητῆς ἐπταπλασίως τιμωρηθῆση. διὰ τοῦτο τοῖνυν οὐ φρονεθήσῃ, ὅτι πᾶς ὁ νῦν τὸν κατὰ σοῦ φόνον ἀποτολήσῃς, κακῶν σε τῶν κατὰ τὸν βίον ἀπαλλάξας, ἐπταπλὴν τὴν κατὰ σοῦ παραλύσει τιμωρίαν.” ἄλλως, οὐχ οὕτως, ἄλλὰ πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καῖν. τουτέστιν ἀποκτείνας μὲν ἕκαστος τῷ ἑαυτοῦ ἁμαρτήματι ἀποθανεῖται· ἀδὲ δὲ φόνου κατάρξαντα καὶ τοῖς ἄλλοις ὑφηγητῆν τοῦ ἁμαρτήματος γενόμενον ὁ ἀποκτείνας ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, τουτέστιν ἐπταπλασίως τιμωρηθῆναι σε δεῖ. τὸ μὲν γὰρ τελευτῆσαι τῶν ἐν τῷ

8. ἐκείνοι C

14. χρήσεως τοῦ C

18. κατὰ τὸν om C

eo rem occultam fore. clamante autem ad deum sanguine, exaudivit deus; iustos enim exaudit, vel mortuos, iniustorum autem ipsas preces repudiat; illos enim vel mortuos existimat vivere, hos vel vivos ex vera vita excessisse. punit Cain deus non statim interficiens sed tremorem ei et gemitum in omnem vitam incutiens; quapropter quum ille ut interfector mortem extimeasset, deus, noli, inquit, timere nam, qui Cain interfecerit, septemplex poenam luet. tanquam diceret aliquis: ne credas parvam futuram poenam tuam et effugere eam [te posse, neve speres fore ut brevi morte magna vitæ mala evites, imo qualem poenam scelere meruisti talis tibi imponetur. qua propter qui gravissimi sceleris exemplum ceteris dedisti septemplex poenam dabis; itaque non interficies, quod qui nunc te necare ausus fuerit teque a vitæ calamitatibus liberaverit, tuam poenam septies solvet; verum non ita fiet; namque qui Cain occiderit, quum quicumque necem commisit, suo scelere moriturus sit, tamen, qui te, primum interfectorem et ceteris auctorem sce-

βίῳ πονηρῶν ἐπαγει τὴν κατάπαυσιν, τὸ δὲ ζῆν ἐν φόβῳ καὶ  
 λυπῇ μυρίους ἐπάγει τοὺς σὺν αὐθῆσει θανάτους. τρέμων  
 οὖν καὶ στένων ὁ Κάϊν, καθύπερ δαίμονι κάτοχος, ἐν ἐπιλη-  
 ψία πάντα τὸν εἶξ αὐτοῦ διῆγε βίον, τοῦτο τοῦ μὴ ἀναιρεθῆ-  
 ναι παρὰ Θεοῦ λαβὼν τὸ σημεῖον· μετὰ γοῦν τὴν καταδίκην δ  
 χειρόνως ἐβίω, ἄρπαξ καὶ πλεονέκτης γενόμενος, καὶ πρῶτος  
 μέτρα καὶ σταθμὰ καὶ γῆς ὄρους ἐπενόησε, καὶ πόλιν κτίσας  
 εἰς ἐν συνελθεῖν οἰκίους ἠγάγασε καὶ εἰς πολέμους ἀπα-  
 σχολεῖσθαι.

Σάβαν δὲ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ λαβὼν ὁ Κάϊν εἰς γυναῖ- 10  
 κα ἐκτήσατο υἱὸν τὸν Ἐνώς. ἐκ τούτου γίνεται Γαιδιῶδ, εἶξ  
 οὗ Μαιουήλ, εἶξ οὗ Μαθουσαλα. ὁ δὲ Μαθουσαλας γεννᾷ  
 τὸν Λάμεχ. οὗτος δὲ δύο γυναῖκας ἀγόμενος, Ἀδδὰν καὶ Σελ-  
 λάν, Ἰουβᾶλ μὲν κιθαροῦδον Ἰωβῆλ δὲ κτηνοτρόφον ἐκ τῆς  
 Ἀδδᾶς παῖδας ἐκτήσατο, Θοβᾶλ δὲ σφυροκόπον χαλκοῦ καὶ 15  
 σιδήρου καὶ Νοεμᾶν θυγατέρα ἐκ τῆς Σελλᾶς. καὶ τὸ μὲν  
 ἐκ Κάϊν γένος μέχρι τούτου μνήμησ ἤξιώται ἐν τοῖς βιβλί-  
 οῖς, τοῦ δὲ ἀριθμοῦ τῶν πρώτων ἀποκεκήρυκται, ἵνα μηδὲ  
 τοῖς πρώτοις ἢ συντατιόμενος μηδὲ τῶν ἐφεξῆς ἀφηγούμε-  
 νος· διὰ δὲ τὸ τῆς προαιρέσεως ἄγριον ὥσπερ ἐπὶ τὴν ἄλο- 20  
 γον ἐκ τῆς λογικῆς φύσεως ἐξώρισται. Κάϊν, ὡς λέγει Μωϋ-  
 σῆς, τῆς οἰκίας πεσοῦσης ἐπ' αὐτὸν ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ Ἀδάμ

5. λαβόντος σημεῖον C  
 17. βιβλοῖς C

8. τοὺς οἰκίους?  
 20. τὸ om C

13. ἀγαγόμε-

leris, interfecerit, is septies poenam luet, id est, septemplicem poe-  
 nam tibi reddi oportet. mors enim vitae calamitatibus dat quietem,  
 vita autem per timorem et tristitiam innumeras animo mortes offert.  
 tremens igitur et plangens Cain, tanquam a diabolo occupatus, omnem  
 ex illo tempore vitam infirmus degit, illud ne occidatur signum a  
 deo accipiens. sed post damnationem peius vixit, avarus et avidus  
 factus, et primus mensuras, et domus finesque terrae excogitavit, atque  
 condita urbe in unum locum convenire homines coegit et bella de-  
 fendere.

Saba sorors in matrimonium ducta Cain filium procreavit Enos;  
 ex eo natus est Gaedad; ex eo Mael; ex eo Mathusala. Mathusala  
 genuit Lamech; hic duabus ductis uxoribus, Adda et Sella, Iubal ci-  
 tharoedum et Iobel pastorem ex Adda sustulit filios; ex Sella Tha-  
 bel fabrum aeris et ferri atque Noemam filiam. Cain genus hucus-  
 que memoriae proditur; priorum autem numerus exhibetur, ut neque  
 cum primis hominibus neque cum sequentibus confundantur; sed ob  
 ferocem animum tanquam in imprudentem ex sapientia natura exter-  
 minatur. Cain ut ait Moses, domo in eum collapsa, obiit. Adamus

γενόμενος Ἰβὼν σὺ ἐγέννησε τὸν Σήθ· καὶ τούτοις ἐπτακόσια ἐπιζήσας ἔτη θνήσκει κατ' αὐτὴν τῆς παραβάσεως ἡμέραν· χιλιοταετίας γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας ἐχούσης τὸ διάστημα, ἐννακόσια μόνον ἔτη ζήσας τελευτᾷ. τούτον λέγεται πρῶτον εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθη, ταφῆναι, καὶ τὸ μνήμα αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων γεγενῆσθαι γῆν Ἑβραϊκῆ τις ἱστορεῖ παραδόσις. ἦν δὲ ἄρα πρὸ πάντων ἀκόλουθον εἰς τὴν γῆν ταφῆναι, ὅτι πρῶτος ἀκούει παρὰ Θεοῦ "γῆ εἰ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ" ἀφανὲς γὰρ φησι τὸ τοῦ Ἄβελ γεγενῆσθαι σῶμα, τοῖς μετέπειτα δικαίοις ἀγαθῶς ὑποφαιίνων ἐλπίδας.

Σήθ Ἄζουρὰν ἀγόμενος τὴν ἀδελφὴν διακοσίων πέντε ὑπάρχων ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Ἐνὼς. "πρῶτος οὗτος ἤλπισεν ἐπικυλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ" τουτέστιν ἐν Θεοῦ ὀνόματι προσαγορεύειν τὸν Θεόν. οὗτος ὁ Σήθ ἔθηκεν ὀνόματα τοῖς πέντε πλανήταις, Κρόνον Δία Ἄρεα Ἀφροδίτην Ἑρμῆν· τοὺς γὰρ δύο φωστῆρας ἥλιον καὶ σελήνην Θεοὺς ἐκάλεσε· πρῶτος γὰρ τὴν τῶν οὐρανίων κινήσεων σοφίαν ἐπενόησε. τοῦ δὲ Ἀδὰμ προειπόντος φθορὰν ἔσεσθαι τοῦ παντὸς κόσμου ἢ δι' ὕδατος ἢ διὰ πυρός, στήλας δύο ἐπινοήσαντες οἱ ἐκ τοῦ Σήθ, μίαν ἐκ πλίνθου καὶ ἄλλην ἐκ λίθου, τὰ τῆς ἐπιστήμης ἐνεκόλωσαν. οὗτος ὁ Σήθ πρῶτος τὰ Ἑβραϊκὰ γράμματα

2. τὴν ἡμέραν? 12. ἀγαγόμενος? ἀδελφικὴν C

autem annos natus ducentos triginta genuit Seth. post hoc tempus quum septingentos annos vixisset, mortuus est ipso peccati die. nam quum dei dies mille annos impleat, mortuus est, nongentos tantum annos natus. atque hic primus narratur in terram, ex qua sumtus erat, sepultus esse, eiusque sepulcrum circa Hierosolyma fuisse, hebraica quaedam traditio perhibet. fuit igitur omnium primus, qui in terra sepeliebantur, quippe qui primus dei verba audivit: terra es et in terram redibis; nam Abel corpus non amplius visum esse narratur, quae res bonam spem praebuit iustis in posterum hominibus.

Seth, annos natus 205, ducta Asura sororem procreavit Enos. primus hic veritus est domini dei nomen dicere, i. e. dei nomine deum appellare. idem hic Seth quinque planetis nomina indidit Saturno, Iovi, Marti, Veneri et Mercurio; duo enim coelestia lumina, solem et lunam deos appellavit; primus enim motuum coelestium cognitionem invenit. quum autem Adamus praedixisset, mundum aut aqua aut igni esse periturum, Seth liberi columnas duas exstruxerunt, alteram latericiam, alteram lapideam, et, quae sciebant, insculperunt. Seth primus hebraicas litteras invenit et scripsit. Enos, 190 annos

ἔξευρῶν συνεγράφατο. Ἐνὼς ἐγγήματο Ἐμμᾶν τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, ρς' ἐτῶν γενόμενος, καὶ γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν. Καϊνᾶν ἑκατὸν ἐβδμήκοντα ἐτῶν ὑπάρχων ἐγέννησε τὸν Μαλελεήλ. Μαλελεήλ ἐτῶν ἑκατὸν ἐξήκοντα πέντε γενόμενος ἐγέννησε τὸν Ἰάρεδ. Ἰάρεδ γενόμενος διακοσίων ἐξήκοντα δύο ἐτῶν ἐγέν- 5 νησε τὸν Ἐνώχ. οὗτος πρῶτος γράμματα μαρθάνει καὶ διδάσκει, καὶ θείων μυστηρίων ἀξιούται ἀποκαλύψεως. Ἐνώχ ἑκατὸν ἐξήκοντα πέντε ἐτῶν γενόμενος ἐγέννησε τὸν Μαθου- σάλαν, καὶ διακόσιε πρὸς τούτοις ἐπιβιώσας ἔτη, καὶ τοῖς Ἐργήγοροις τὴν ἐκ παραβάσεως ἐπιμαρτυρούμενας τιμωρίαν, 10 μετατίθεται εἰς Ἐδέμ, ἔνθα ὁ παράδεισος. σημειωτέον ὅπως ἠνίκα ἄγγελοι τὴν ἐπὶ τὸ φαῦλον διολισθάνουσι τροπὴν, τη- νικαῦτα ἄνθρωπος τῆς εἰς τὸ ἄμεινον καταξιοῦται μεταβο- λῆς· ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις τούτου καταβεβηκέναι λέγονται οἱ ἄγγελοι ἐπὶ τῆς γῆς, οἱ καὶ Ἐργήγοροι ἀνομασίθησαν. Μα- 15 θουσάλα ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος ἐγέννησε τὸν Λά- μεχ. Λάμεχ ἐτῶν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ὀκτώ ὑπάρχων ἐγέν- νησε τὸν Νῶε. Νῶε ἐτῶν πεντακοσίων γενόμενος ἐγέννησε τὸν Σῆμ, καὶ μετ' αὐτὸν ἐγέννησε τὸν Χάμ, καὶ μετ' αὐτὸν τὸν Ἰάρεθ. 20

Οἱ Ἐργήγοροι πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ἐπι- μιξίαν ποιησάμενοι γεννώσι τοὺς γίγαντας, ματαιίας τε αἰῶ καὶ γοητείας ἀνθρώποις εἰσῆρηται γενόμενοι, ἔτι δὲ ἀστρονο- μίαις τε καὶ ἀστρολογίας καὶ πίσσης ὑψηλῆς καὶ μετεώρου κι-

2. καὶ om C  
ἔστι C

7. ἀποκαλύψεις C

15. λέγεται C

24.

natus, Emmam sororem duxit genuitque Cainan. Cainan 170 annos natus Maleleel procreavit. Maleleel 165 annos natus genuit Iared. Iared 262 annos natus procreavit Enoch; hic primus litteras didicit et docuit et divinorum mysteriorum apocalypsi est impertitus. Enoch 165 annos natus procreavit Mathusalam; 200 posthac annos vixit et Egregoris peccati poenam ostendens in Eden transpositus est, ubi est paradisius. notandum est, hominem quum angeli in malum abscessis- sent, dignum esse habitum, qui in melius mutaretur; illius enim tem- pore descendisse in terram angeli narrantur, qui etiam Egregori sunt dicti. Mathusala, 180 annos natus, Lamech genuit. Lamech 188 an- nos natus procreavit Noe. Noe 500 annos natus procreavit Sem et post eum Cham et Iaphet.

Egregori cum hominum filiabus mixti procrearunt gigantes atque vaticinii et praestigiarum auctores hominibus fuerunt; tradiderunt au- tem et astronomiae et astrologiae et omnis sublimis et aerii motus

νήσεως, καὶ ταῖς γυναίξι τούτων ἀπάντων παραδεδωκότες τὴν γυνῶσιν, εἰς ἄκρον ἐλθεῖν πονηρίας τοὺς ἀνθρώπους παρεσκευάσαν. τέκνα τῶν Ἑβρηγῶρων λέγει πνεύματα πονηρὰ φιλήδονά τε καὶ φιλοσώματα ὑπάρχειν· ἐφ' οἷς εἰς τὴν καθ' ἑαυτῶν ἀγανάκτησιν παροργίζουσιν τὸν θεὸν εἰς τοὺς τῆς γῆς καταταρταροῦνται, πυθμένας. κατακλυσμῶ δὲ τοὺς πάντας διαφθεῖραι βουληθεὶς ὁ θεὸς προστάσσει τῷ Νῶε, μόνῃ διὰ δικαιοσύνην εὐαρεστήσαντι, κιβωτὸν κατασκευάσαι πρὸς τὴν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ γένους διατήρησιν. καὶ ἡ μὲν κιβωτὸς ἐφ' ὅλοις ἑκατὸν ὑπ' αὐτοῦ κατασκευάζεται ἔτσι· μὴκύνονται δὲ οἱ χρόνοι τῆς κατασκευῆς διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα· τὴν γὰρ τῆς φθορᾶς ἐπαγωγὴν διὰ μακροθυμίαν ἀναβαλλόμενος οὐκ ἐποιεῖτο, τοῖς εἰς μετάνοιαν τοῖς συνιοῦσιν ἐπιμετρῶν καιρὸν.

15 Εἰσελθόντος δὲ εἰς τὴν κιβωτὸν Νῶε καὶ τῶν τριῶν αὐτοῦ υἱῶν, καὶ εἰσευγαγόντος κατὰ θεῖαν ἐπιτροπὴν ἀπὸ μὲν τῶν καθαρῶν ζώων ἑπτὰ ἑπτὰ ἀπὸ δὲ τῶν ἀκαθάρτων δύο δύο, ὡς περιφυλαχθῆναι ἀπαρχὴν εἰς τὴν ἐκάστου γένους διαμορφήν, ἐπῆλθεν ὁ κατακλυσμὸς ἐπὶ τὴν γῆν ἑξακοσιοστὸν 20 ἔτος ἄγοντος τοῦ Νῶε, καὶ ἐγένετο ἐφ' ὅλας τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας τῶν ὑδάτων ἡ καταφορὰ. κεκοπηκότες δὲ ἤδη τοῦ ὕδατος, καὶ τῆς κιβωτοῦ τῶν τῆς Ἀρμενίας ἐπικλυσάσης ὄρων, ἐξέρχεται Νῶε καὶ οἱ τρεῖς υἱοὶ αὐτοῦ μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτῶν καὶ πάντων, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐκβάλλει τὰ ζῶα. Νῶε δὲ θυσίαν προσαγαγὼν τῷ θεῷ ἱκετεύει

12. αὐτοῦ τοῦ θεοῦ?

14. τοῖς εἰς τὸν εἰς?

scientiam ipsis omnium feminis et effecerunt, ut in summam nequitiam homines pervenirent. liberi Egregorum dicuntur spiritus mali esse, voluptatum et corporum studiosi. qua re quum contra se deum irritassent, in fundum terrae coniecti sunt. deus quum omnes diluvio perdere constituisset, iussit solum Noe, ob pietatem placentem, arcam aedificare, qua se et gentem servaret. arca integris 100 annis ab eo confecta est; productum est autem tempus ob magnam dei benignitatem; nam initium pernicietis patientia ductus retardavit, neque fecit (diluvium) illis ad mutandum animum tempus concedens.

Ubi autem Noe cum tribus filiis in arcam intravit et dei iussu purorum animalium bis septena, impurorum bis bina introduxit, ne interiret primitiae ad singula genera servanda, diluvium super terram venit, Noe sexcentessimum annum agente. et deiecti sunt imbres tolos 40 dies totidemque noctes. cumque iam aquae recessissent et arca Armeniae montibus appulsa esset, exiit Noe et tres filii cum

μηκέτι ποιῆσαι κατακλυσμόν. ἀποδεξάμενος οὖν ὁ θεὸς τὴν τοῦ ἀνδρός ἀρετὴν ὑπέσχετο, σημεῖον ἐπιθεῖς τὸ τόξον τῆς ἰριδος. ἐγένετο ὁ κατακλυσμός τῷ ἑξακοσιοστῷ ἔτει τοῦ Νῶε· γίνονται ἀπὸ Ἀδάμ μέχρι Νῶε καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ἑτη δια-  
 χίλια διακόσια τεσσαράκοντα δύο. 5

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ ἔτει μετὰ τὸν κατακλυσμόν Σῆμ γενόμενος ἑκατὸν ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν. Καϊνᾶν γενόμενος ἑκατὸν τριάκοντα ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Σάλα. τοῦτον ὁ πατὴρ ἀυξηθέντα γράμμασιν ἐξεπαίδευσε. καὶ ἴδη ποτε ὁ Σάλα ἑαυτῷ πορευθεὶς ἀποικίαν κατασκέψασθαι, ἐλθὼν κατὰ 10 τὴν Χαλδαίων, γράμματα ἐπὶ τινῶν εὗρίσκει διακεχυραγμένα πετρῶν· τὰ δὲ ἦν ἄρα τῶν Ἑβρηγῶρων αἱ παραδόσεις. ταῦτα δὲ ἐκγραψάμενος ὁ Σάλα αὐτὸς τε ἐν αὐτοῖς ἐξημέριτανε, καὶ τοὺς ἄλλους τὴν ἐν αὐτοῖς ἀτοπίαν ἐξεπαίδευε. Σάλα γενόμενος ἑκατὸν τριάκοντα ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Ἐβέρ. ἐπὶ 15 τούτου πάλιν οἱ ἄνθρωποι εἰς ἄπειρον πληθύνονται ἀριθμόν, καὶ εἰς ἄκρον ἀυξηθέντες πονηρίας πύργον ἐννοοῦσι κατασκευάσαι οὐρανομήκη, τὴν εἰς οὐρανὸν ἑαυτοῖς ἄνοδον διὰ τούτου προμηθεύμενοι. τὸν δὲ πύργον ὑποκόδομουν προστάξει Νεβρώδ πρὸς ἀποφυγὴν τῶν ἐπομβριῶν ὑδάτων, ὡς ἐπιβου- 20 λεύοντος αὐτοῖς τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ ὕδατος. ἦσαν δὲ τὰ πάντα τῶν οἰκοδομούντων ἔθνη ἑβδομήκοντα, φωνὴ δὲ αὐτοῖς πᾶσιν ἐνυπῆρχε μία· Νεβρώδ δὲ αὐτοῖς ὁ γίγας, Χουσὲ τοῦ

#### 20. προμυθούμενοι C

uxoribus omnibusque et animalia eduxerunt. Noe autem, sacris deo oblatis, oravit, ut ne iterum diluvium mitteretur. accipiens deus hominibus pietatem promisit et promissi testimonium constituit pluvialem arcum. fuit diluvium sexcentesimo Noe anno. ab Adamo usque ad Noe et diluvium anni sunt 2242.

Secundo post diluvium anno Sem 100 annos natus procreavit Cainan. Cainan 130 annos natus procreavit Sala; hunc adultum pater litteris erudit. cumque aliquando Sala profectus, ut habitationem sibi quaereret, in Chaldaeam venisset, litteras invenit lapidibus incisas. hae erant Egregororum traditiones. iis descriptis Sala et ipse peccavit et ceteros indecora, quae continebant, docuit. Sala 130 annos natus procreavit Eber. sub hoc iterum homines in infinitum numerum aucti sunt et ad summam nequitiam quum pervenissent, constituerunt turrim aedificare coelum attingentem, per eam coeli aditum sibi patefacere conantes. eam turrim iussu Nebrod aedificarunt, ut imbres effugerent, tanquam deus aqua iis insidiaretur; erant autem omnes qui aedificabant populi 70, quibus

Αἰθίοπος υἱός, εἰς βρωσιν ἀγρευῶν ἐχορήγει ζῶα. ὁ δὲ Ἐβερ ὁ τοῦ Σάλα υἱός ἐπέγειν ἐκεχειρίστο τὴν οἰκοδομὴν. δοκοῦντος δὲ αὐτοῦς ἤδη τοῦ ἔργου προκόπτειν συγχέει τὰς γλώσσας ὁ Θεὸς εἰς εἶδη φωνῶν κατατεμῶν. φασὶ δὲ μόνον τὸν Ἐβερ τὴν ἀρχαίαν διατετηρηκέναι φωνήν· καὶ ταύτην οἱ τούτου διαδεξάμενοι ἀπόγονοι ἑαυτοὺς μὲν πατρωνυμικῶς Ἑβραίους προσηγόρευσαν, Ἑβραῖδα δὲ τὴν φωνήν ἐκύλευσαν. τεκμήριον δὲ τοῦ ταύτην εἶναι τὴν πρὸ τῆς συγχύσεως φωνήν τὰ τῶν παλαιῶν ὀνόματα. ἐφ' ὧν γὰρ κατ' οὐδεμίαν ἔστι γλώσσαν τὸ σημαινόμενον ἐπιλίσασθαι, κατ' αὐτὴν το ζητούμενον ἐρμηνεύεται. οἶον τοῦ Ἀδάμ καθ' ἑτέραν μὲν οὐδεμίαν φωνήν τὸ δηλούμενον εὐρίσκεται, κατὰ δὲ ταύτην ἄνθρωπος νενόηται. καὶ ἡ τοῦ Νῶε προσηγορία δι' ἑτέρας μὲν οὐδεμιᾶς διαλέκτου ἐρμηνεύεται, κατὰ δὲ ταύτην δικαιοσύνη σημαίνεται, καὶ Χοῦς Αἰθίοψ, καὶ Μεσραεὶμ Αἴγυπτος, καὶ Φαλὲκ διαμερισμός.

Ὁ μὲν οὖν πύργος ἐφ' ὅλα τεσσαράκοντα τρία οἰκοδομηθεὶς ἔτη ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν σύγχυσιν διαφωνίας ἔμεινεν ἡμιτελής· σύγχυσις δὲ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἡ περὶ τὸν τόπον ὠνομάσθη πόλις, ἡ αὐτόθι κτισθεῖσα Βαβυλωνία· Βαβυλῶνα γὰρ Ἑβραῖοι τὴν σύγχυσιν ὀνομαζουσιν. ὑστέρωθι δὲ ὁ Θεὸς ἀνέμψ τὸν πύργον ὅλον ἀνατρέπει, καὶ ἔστιν ἀνὰ μέσον Ἀσοῦρ καὶ Βαβυλῶνος εἰστέτι τοῦ πύργου φυλασσόμενα τὰ ἴχνη.

7. δὲ om C

8. πρὸ om C

14. δικαιοσύνη C

una erat lingua. iis Nebrod gigas Chuse Aethiopsis filius victui feras suppeditavit et Eber Salae filius, propere ut opus fieret curavit. quumque iam valde auctum opus videretur, deus linguas eorum in species orationum dividens confudit. narrant autem solum Eber veterem linguam servasse eamque eius posteros accepisse, qui patronymice se Hebraeos et linguam hebraicam vocarunt. testimonio hanc fuisse ante confusionem omnium linguam sunt priscorum nomina; nam quorum significationem nulla lingua explicare potest, hebraica interpretatur, ex. gr., quid Adamus significet, nulla alia lingua explanari potest, illa autem hominem significat; item Noe nomen nulla alia lingua interpretari possumus, illa autem est probitas atque ita Chus est Aethiops, Mesraeim Aegyptus et Phalek divisio.

Turris igitur, quum per totos 43 annos aedificata esset, propter varietatem linguarum, quae facta erat confusione, non finita est. confusio autem ab illa re dicta est urbs eo loco condita, Babylon; Babylonem enim Hebraei confusionem nominant. postea deus vento totam turrim delevit, suntque intra Assyriam et Babyloniam etiamnunc eius turris servata vestigia.

Ἔβερ γενόμενος ἑκατὸν τριάκοντα τεσσαράρων ἐτῶν ἐγέν-  
 ησθε τὸν Φαλέκ. ἐν ἀρχῇ τῶν ἡμερῶν Φαλέκ οἱ τοῦ Νῶε  
 υἱοὶ διχονοήσαντες τῆς γῆς εἰς ἑαυτοὺς ποιοῦνται τὴν διανέ-  
 μησιν. Φαλέκ γενόμενος ρλ' ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Ῥαγαῦ, καὶ  
 ἐπιβιώσας ἔτη σθ' ἐτελεύτησε. συνάγεται τὰ πάντα ἔτη ἀπὸ 5  
 Ἀδὰμ ἐπὶ τὴν τοῦ Φαλέκ τελευτὴν ἔτη τρισχίλια. ὥστε εἰ-  
 κότως ταύτης ἔτυχε τῆς ὀνομασίας ὁ Φαλέκ· μερὶς γὰρ ἐρ-  
 μηνεύεται ἑκατέρας προαναφρονῶν τὰς διαιρέσεις. τῆς τε γὰρ  
 γῆς τὴν διακλήρωσιν οἱ τοῦ Νῶε παῖδες ἐπὶ τούτου ποιοῦν-  
 ται, καὶ τοῦ ὑπονοουμένου τῶν ἑξακισχιλίων ἐτῶν χρόνου ἡ 10  
 διαίρεσις ἐπὶ τῆς τελευτῆς τῶν ἡμέρων γίνεται τούτου, ἡ μὲν  
 ἐν ἀρχῇ, ἡ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ζωῆς αὐτοῦ. τότε μεταστέλ-  
 λονται οἱ τρεῖς υἱοὶ τοῦ Νῶε πάντας τοὺς ἐξ αὐτῶν, καὶ δι-  
 δοῦσιν αὐτοῖς ἔγγραφον τῶν τόπων τὴν κατανέμησιν, καὶ  
 λαχάνουσι ἑκάστῳ καὶ ταῖς ἐκάστου φυλαῖς καὶ πατριάς 15  
 τόποι καὶ κλίματα καὶ χῶραι καὶ νῆσοι καὶ ποταμοὶ κατὰ  
 τὴν ὑποκειμένην ἔκθεσιν.

Τῷ μὲν. οὖν Σῆμ τῷ πρωτοτόκῳ υἱῷ Νῶε ἀπὸ Περσί-  
 δος καὶ Βάκτρων ἕως Ἰνδικῆς καὶ Ῥινοκοροῦρων, τῷ δὲ Χαμ  
 τῷ δευτέρῳ υἱῷ τοῦ Νῶε ἀπὸ Ῥινοκοροῦρων ἕως Γαδείρων 20  
 τὰ πρὸς νότον, τῷ δὲ Ἰάφεθ τῷ τρίτῳ υἱῷ Νῶε ἀπὸ Μη-  
 δείας ἕως Γαδείρων τὰ πρὸς βορρᾶν. ἔστι δὲ αἱ λαχοῦσαι  
 χῶραι κατ' ὄνομα τῷ Σῆμ, τῷ πρωτοτόκῳ υἱῷ τοῦ Νῶε,  
 αἶδε, Περσίς, Βακτριανή, Ὑρκανία, Βαβυλωνία, Κορδύνη,

7. τῆς om C    11. εἰ μὲν — εἰ δὲ C    18. υἱῶν C    22. εἰσι?

Eber 134 annos natus genuit Phalek. huius vitae initio Noe li-  
 beri dissentientes terram inter se diviserunt. Phalek 130 annos na-  
 tus genuit Ragau et posthac, quum vixisset annos 209, mortuus est.  
 fuerunt autem annorum ab Adamo usque ad Phalek mortem 3000;  
 ita ut iure illud nomen Phalek sit inditum; partem enim significat  
 et utramque partitionem portendit. namque et terrae divisionem Noe  
 filii sub eo fecerunt et praefiniti temporis 6000 annorum sub finem  
 eius vitae divisio est facta; igitur et initio et in fine eius vitae. tum  
 tres Noe filii omnes ex se prognatos accesserunt, iisque dederunt  
 perscriptam locorum partitionem. atque obtigerunt singulis et singu-  
 lorum gentibus terrae et climata, regiones, insulae et fluvii secundum  
 factam divisionem.

Sem igitur, ex Noe filiis natus maximus, terram a Perside et Ba-  
 ctrianna usque ad Indiam et Rhinocoruram sortitus est; Cham, alter ex  
 Noe filiis a Rhinocorura usque ad Gadiram, quae est meridiem versus;  
 Iaphed, tertius Noe filius, a Media usque ad Gadiram, quae pars in  
 septentriones spectat. sunt autem terrae, quae Sem obtigerunt hae:



Ἀσσυρία, Μεσοποταμία, Ἀραβία ἢ ἀρχαία, Ἐλυμαῖς, Ἰνδική, Ἀραβία ἢ εὐδαίμων, Κοιλὴ Συρία, Κομμαγήνη καὶ Φοινίκη πᾶσα· ἔστι δὲ ἐν τῇ μέρει αὐτοῦ ποταμὸς ὁ Εὐφράτης.

- 5 Ἐκ δὲ τῆς φυλῆς τοῦ Σῆμ ἀνεφάνη ἄνθρωπος γιγαντογενής, ὀνομασθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Κρόνος εἰς ἐπώνυμον τοῦ κλαυήτου ἀστέρος, ὃς πρῶτος κατέδειξεν ἄρχειν καὶ βασιλεύειν Ἀσσυρίων. ἔσχε δὲ γυναῖκα Σεμίραμιν τὴν καὶ Ῥέαν καλωμενῆν, ἐξ ἧς ἔσχε υἷόν, ὃς ἐπεκλήθη Ζεὺς ὁ καὶ Ἥλικος, 10 γήμας τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Ἴφρον. ἔσχε δὲ Κρόνος καὶ ἕτερον υἷόν ὀνόματι Ἀφρον, ᾧ ἀπεκλήρωσε τὴν πρὸς Λιβύην γῆν· ὃς ἔγημε τὴν Ἀστυνόμην, γεννήσας ἐξ αὐτῆς θυγατέρα, ἣν ἐκάλεσον Ἀφροδίτην. ὁ δὲ Κρόνος ἐξωσθεὶς τῆς βασιλείας ὑπὸ τοῦ ἰδίου υἱοῦ Διὸς κατέλιπε Δία καὶ Νῆνον, υἱοὺς αὐ- 15 τοῦ, μετὰ τῆς μητρὸς αὐτῶν Ῥέας βασιλεύειν Ἀσσυρίων· αὐτὸς δὲ κατιῶν ἐν τῇ δύσει κρατεῖ καὶ βασιλεύει πάσης Ἰταλίας. Ζεὺς οὖν ὑποχωρήσας τῶν Ἀσσυρίων παρεγένετο πρὸς τὸν πατέρα· ὁ δὲ παραχωρεῖ αὐτῷ βασιλεύειν πάσης Ἰταλίας, καὶ κρατήσας πολλοῖς ἔτεσι καὶ τελευτήσας κατατίθεται 20 ἐν Κρήτῃ. μετὰ δὲ Νῆνον ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων Θούρρας, ὃν μετωνόμασαν Ἀρεα ὡς πολεμικώτατον καὶ γενναῖον ὄντα· ὃν οἱ Ἀσσύριοι Βαάλ θεὸν μετωνόμασαν καὶ ἀναστηλώσαντες σέβονται. μετὰ δὲ τὴν τοῦ Διὸς τελευτὴν Φαῦνος υἱὸς αὐ-

7. πρῶτος] ὡς φησιν Ἀφρικανὸς ὁ σοφώτατος margo codicis  
11. Ἀφρων C

Persis, Bactriana, Hyrcania, Babylonia, Cordyne, Assyria, Mesopotamia, Arabia antiqua, Elymaïs, India, Arabia felix, Coelesyria, Commagene et omnis Phoenicia, estque in eius parte Euphrates fluvius.

Ex stirpe Sem prodiit homo ingenti corpore, a patre suo Saturnus appellatus ad nomen planetae; hic primum regnum et imperium Assyriis monstravit. uxorem habuit Semiramim, quae etiam Rhea nominatur; ex ea filium sustulit Iovem, qui etiam Picos nominabatur et Ianonem sororem in matrimonium duxit. erat praeterea alter Saturno filius nomine Aphron, cui terram Libyam versus tribuit. hic Astynomen duxit, ex qua filiam procreavit Venerem. Saturnus autem ab ipso Iove filio imperio pulsus, reliquit Iovem et Ninum filios, qui cum Rhea matre in Assyria regnarent; ipse in occidentem se contulit et totius Italiae regnum tenuit. iam Iupiter relicta Assyria patrem adiit; hic ei totius Italiae imperium concessit et postquam multos annos regnavit mortuus est et in Creta sepultus. post Ninum rex Assyriorum fuit Thurras, cui Marti cognomen dederunt utpote bellicosissimo et nobili, quem Assyrii Baal deam dixerunt et constituto

τοῦ ἐβασίλευσεν, ὃς μετωνομάσθη Ἑρμῆς· ἦν γὰρ λογιστά-  
τος πάντων καὶ μαθηματικός· ὅστις καὶ τὴν τοῦ χρυσοῦ ποιή-  
σιν ἐφεύρεν ἐκ μετάλλων ἀνθρώποις.

Τῷ δὲ Χαμ τῷ δευτέρῳ υἱῷ τοῦ Νῶε ἐλαχον χώραι κατ'  
ὄνομα αἶδε, Αἴγυπτος, Αἰθιοπία ἢ βλέπουσα κατὰ Ἰνδούς, 5  
ἑτέρα Αἰθιοπία, ὅθεν ἐκπορεύεται ὁ τῶν Αἰθιοπῶν ποταμός,  
Ἐρυθρὰ ἢ βλέπουσα κατὰ ἀνατολάς, Θηβαίς, Λιβύη ἢ παρεκ-  
τείνουσα μέχρι Κυρήνης, Μαρμαρίς, Σύρτις, Λιβύη ἢ ἀπὸ  
ποταμέως παρεκτείνουσα μέχρις ἄκρας Σύρτιος, Νομηδία,  
Μασσυρίς, Μαυριτανία ἢ παρεκτείνουσα μέχρις Ἑρακλεωτι- 10  
κῶν στηλῶν κατέναντι Γαδείρων. ἔχει δὲ ἐν τοῖς κατέναντι  
βορρᾶν τὰ παρὰ θάλασσαν, Κιλικίαν, Παμφυλίαν, Πισιδίαν,  
Μυσίαν, Λυκαονίαν, Φρυγίαν, Καβαλίαν, Λυκίαν, Κάριαν,  
Λυδίαν, Μυσίαν ἄλλην, Τρωάδα, Αἰολίδα, Βιθυνίαν, τὴν  
ἀρχαίαν Φρυγίαν. ἔχει δὲ καὶ νήσους Σαρδινίαν, Κρήτην, 15  
Κύπρον, καὶ ποταμὸν Γηῶν τὸν καλουμένον Νεῖλον.

Τῷ δὲ Ἰάφεθ τῷ τρίτῳ υἱῷ τοῦ Νῶε ἐλαχον χώραι  
κατ' ὄνομα αἶδε, Μηθία, Ἀλβανία, Ἀμαζονίς, Ἀρμενία μι-  
κρά τε καὶ μεγάλη, Καππαδοκία, Παφλαγονία, Γαλατία,  
Κολχίς, Βοσπόρη, Μαιῶτις, Δερβίς, Σαρματίς, Ταυριανίς, 20  
Βαστρανίς, Σκυθία, Θράκη, Μακεδονία, Δαλματία, Μολοσσίς,  
Θεσσαλία, Λοκρίς, Βοιωτία, Αἰτωλία, Ἀττική, Ἀχαΐα, Πελ-

10. ἢ om C

15. Φρυγίαν] ἢ Πισιδία margo

simulacro venerantur. post Iovis mortem Faunus, filius eius, regnavit, qui cognominatus est Mercurius; erat enim callidissimus et prudentissimus, et aurum ex metallis facere invenit.

Cham, alteri ex Noe filiis, terrae evenerunt hae: Aegyptus, Aethiopia, quae ad Indiam vergit, altera Aethiopia, unde provenit Aethiopicum fluvius, Erythra, quae ad orientem spectat, Thebais, Libya, quae usque ad Cyrenen extenditur, Marmaris, Syrtis, Libya, quae est intra fluvium et extremam Syrtim, Numidia, Massyris, Mauritania, quae attingit Herculi columnas, exadversus Gadiram. possidet praeterea in terris septentrionem versus eas, quae mari sunt proximae, Ciliciam, Pamphiliam, Pisidiam, Mysiam, Lycaoniam, Phrygiam, Cabaliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Mysiam alteram, Troada, Aeolida, Bithyniam, Phrygiam antiquam; possidet etiam insulas Sardiniam, Cretam, Cyprum, et Geon fluvium, qui Nilus vocatur.

Iaphet, tertio ex Noe filiis, terrae evenerunt hae: Media, Albania, Amazonis, Armenia minor et maior, Cappadocia, Paphlagonia, Galatia, Colchis, Bospora, Maeotis, Derbis, Sarmatis, Taurianis, Bastranis, Scythia, Thracia, Macedonia, Dalmatia, Molossis, Thessalia, Locris, Boeotia, Aetolia, Attica, Achaia, Pellene, Peloponnesus quae di-

λήγη, ἢ καλουμένη Πελοπόννησος, Ἀρκαδία, Ἡπειρώτις, Ἰλλυρίαι, Λυχνίτις, Ἀδριακὴ, ἀφ' ἧς τὸ πέλαγος τὸ Ἀδριακόν. ἐπὶ δὲ αὐτῶ καὶ νῆσοι αἶδε, Βρεττανία, Σικελία, Εὐβοία, Ῥόδος, Χίος, Λέσβος, Κύθηρα, Ζάκυνθος, Κεφαληρία, Ἰθάκη, 5 Κέρκυρα καὶ αἱ Κυκλάδες, καὶ μέρος τι τῆς Ἀσίας ἢ καλουμένη Ἰωνία. ποταμὸς δ' ἔστιν ἐν τοῖς αὐτοῖς μέρεσι Τίγρις ὃ διορίζων μεταξὺ Μηδίας καὶ Βαβυλωνῶνος. ἐκ δὲ τῶν τοῦ Ἰάφεθ υἱῶν ἀπὸ μὲν τοῦ Γόμερ Γομαρεῖς οἱ νῦν Γαλάται, ἐκ δὲ τοῦ Μαγῶθ οἱ νῦν Σκύθαι, καὶ ἀπὸ Μάδου Μη- 10 δοι, ἐκ δὲ Ἴωνος Ἴωνες καὶ οἱ λοιποὶ Ἕλληνες, ἐκ δὲ τοῦ Θόβελ Θοβηλοὶ οἱ νῦν Ἰβηρες, ἀπὸ δὲ Μεσχῶ Μεσχηνοὶ οἱ νῦν Καππάδοκες, διὸ καὶ Μάζακα ἢ παρ' αὐτοῖς μητρόπολις, ἀπὸ δὲ Θῆρα Θραῖκες, ἀπὸ δὲ Θάρρου Θαρσεῖς οἱ νῦν Κίλικες, ἀφ' οὗ καὶ Ταρσὸς ἢ παρὰ Κίλιξι πόλις ἀξιολο- 15 γωτάτη.

Γενομένης δὲ τῆς δηλωθείσης διανεμήσεως, ὃ μὲν Σῆμ ἔνθα καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ κατοικισθεὶς τὴν τῆς κληρονομίας αὐτοῦ μοῖραν εἰς τοὺς παῖδας κατατέμνει τοὺς ἑαυτοῦ, ὃ δὲ Χάμ υἱὸς Χαναὰμ ἰδὼν τὴν πρὸς τῇ Λιβάνῳ γῆν, ὅτι ἀγα- 20 θὴ τέ ἐστι καὶ εὐφορος καὶ κατὰ πολὺ τῆς ἑαυτοῦ διαλλάττουσα, αὐτόθι κατασκηνοῖ, τῶν τοῦ Σῆμ ἐγγόνων ταύτην ἀποτεμόμενος τὴν μοῖραν, καίτοι τοῦ πατρὸς αὐτὸν καὶ τῶν ἀδελφῶν κωλυόντων, καὶ ὑπόμνησιν παρεχομένων ὧν ὁ πα-

## 16. γινομένης C

citur, Arcadia, Epirotis, Illyria, Lychnitis, Adriaca, unde Adriaticum mare; praeterea hae insulae: Britannia, Sicilia, Euboea, Rhodus, Chius, Lesbos, Cythera, Zacynthus, Cephalenia, Ithaca, Corcyra et Cyclades; tum Asiae pars, quae vocatur Ionia. fluvius est in eius parte Tigris, qui est terminus inter Mediam et Babyloniam. ex filiis Iaphet a Gomer orti sunt Gomares, qui nunc Galatae nominantur, a Magoth Scythae et a Mado Medi; ab Ione Iones et ceteri Graeci, a Thobel Thobeli, qui hodie Iberes, a Mescho Mescheni, qui nunc Cappadoces, unde etiam Mazaca, eorum metropolis; a Thera Tharres, a Tharro Tharses, hodie Cilices, unde etiam Tarsus, urbs Cilicum illustrissima.

Facta quam narravimus partitione, Sem eodem loco quo pater domicilium habuit, et, quam sortitus erat partem, liberis suis distribuit. tum Cham, filius Chanaan, quum videret, terram ad Libanum sitam bonam esse et fertilem multumque a sua differre, ibi consedit eamque partem liberis Sem abtulit quamvis prohibente patre et fratribus et eorum monentibus, quae Noe pater iis imprecatum erat, qui

τῆρ Νῶε τοῖς παραβαίνουσιν αὐτῷ τὴν κρίσιν ἐπηράσατο. ἐντεῦθεν πᾶσα ἡ γῆ ἐκείνη Χανααία προσηγορεύθη.

Τῶν τριῶν τοίνυν υἱῶν τοῦ Νῶε τριχῆ, καθὼς εἴρηται, τὸν κόσμον διανεμημένων, ἀναγκαῖόν ἐστι λοιπὸν ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸ προκείμενον. καταλήξαντες δὲ ἐπὶ τὴν ἐκ Φαλέκ τοῦ Ῥαγαῦ γένεσιν, ἀρξώμεθα πάλιν ἀπ' αὐτοῦ.

Ῥαγαῦ γενόμενος ρλβ' ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Σερούχ. ἐπὶ τούτου οἱ ἄνθρωποι τὸν κατ' ἀλλήλων ἀυξήσαντες τῦπον στρατηγούς τε ἑαυτοὺς κατεστήσαντο καὶ βασιλεῖς, καὶ τότε πρῶτον πολεμικὰ κατασκευάσαντες ὄργανα πολεμεῖν ἀλλήλους ἐνήρξαντο. καὶ εὐθὺς οἱ ἀπὸ Χαναὰμ ἠττωνται καὶ πρῶτοι τῆς δουλείας ὑποπίπτουσι τῷ ζυγῷ κατὰ τὴν τοῦ Νῶε κατάραν. Σερούχ γενόμενος ρλ' ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Ναχώρ. ὅκει δὲ ὁ Σερούχ ἐν γῆ Χαλδαίων καὶ ἐν Ὄρ τῇ πόλει. αὐξηθέντα δὲ τὸν Ναχώρ ἐδίδαξεν ὁ πατὴρ παντός ἐπί- 15 λυσιν, οἰωνῶν τῶν τε ἐν οὐρανῷ καὶ σημείων διακρίσεις, καὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἀπάντων, καὶ πᾶσαν Χαλδαϊκὴν μαντείαν. καὶ Ναχώρ γενόμενος οθ' ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Θάρρα. Νίνου δὲ τοῦ πρῶτου βασιλέως Ἀσσυρίων τεσσαρακοστὸν ἔκτον ἄγοντος ἔτος τῆς βασιλείας γεννᾶται Ἀβραάμ. οὗτος γῆμας τὴν 20 ἑαυτοῦ μητέρα Σεμίραμιν, τὴν καὶ Ῥεαν, κίττει πόλιν Νινευί, ἐπονομάσας αὐτὴν Νίνον. ἀφ' οὗ Πέρσαις νόμος τὰς ἑαυτῶν μητέρας γαμεῖν καὶ ἀδελφάς, καθὼς καὶ Ζεὺς τὴν

2. προσηγορεύειο margo

9. ἑαυτοῖς?

14. καὶ Ἐνώρ C

iudicium suum transgredierentur. hinc tota illa terra Chanania dicta est.

Quum igitur tres Noe filii terram, ut dictum est, dividissent, necesse est, ad propositum redire. iam quum substituerimus in Ragau ex Phalek nato, iterum ab eo incipiamus.

Ragau 132 annos natus genuit Seruch. sub hoc homines superbiam invicem augentes belli duces se et reges constituerunt; tamque primum bellica instrumenta confecerunt et bella gerere coeperunt. atque statim ii, qui Chanaan incolabant, victi sunt et primi servitutis iugum subierunt secundum Noe imprecationem. Seruch 130 annos natus genuit Nachor; habitabat autem in Chaldaea et Or urbe. adultum Nachor docuit pater cuiusvis rei cognitionem, coelestium avium et signorum et omnium terrestrium rerum interpretationem et totam Chaldaicam divinationem. Nachor 79 annos natus genuit Tharra. quum Ninus, primus Assyriorum rex 46. annum ageret imperii, natus est Abraam. hic ducta Semiramide matre, quae etiam Rhea nominatur, Ninevi urbem condidit, quam Ninum cognominavit. hinc Persis

ιδίαν ἀδελφὴν Ἥραν. μεθ' ὃν ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων ἡ τοῦ-  
του γυνὴ Σεμίραμις, ἣτις κατεσκευάσασα τὰ χρώματα διὰ τοὺς  
κατακλυσμούς, κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους παρ' Αἰγυπτί-  
οις ἦν ἐξκαιδεκάτη δυναστεία, καθ' ἣν ἐβασίλευον Θεβαῖοι.

5 Θάρρα γενόμενος ἐτῶν ἑβδομήκοντα ἐγέννησεν ἐκ γυναι-  
κὸς Ἐδνας, θυγατρὸς Ἀβραάμ πατρῶδέου αὐτοῦ, τὸν  
Ἀβραάμ, ὃν τινα ἡ μήτηρ ἐκάλεσεν ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἑαυτῆς  
πατρὸς· ἔφθη γὰρ ἐκεῖνος πρὸ τῆς τούτου γενέσεως τετελευ-  
τηνῆναι. ἐγέννησε δὲ ἔτι ὁ Θάρρα τὸν Ἄρραν καὶ τὸν Να-  
10 γῶρ. ὁ δὲ Ἀβραάμ λαμβάνει παρὰ τοῦ πατρὸς γυναῖκα τὴν  
Σάρραν. οὗτος μόνος, τῶν πανταχῆ τὴν περὶ τὰ εἰδῶλα  
πλάνην νοσοῦντων, τὸν ἀληθῆ θεὸν ἐπέγνω. καὶ ὁ Ἄρραν  
δὲ ἀγαγόμενος γυναῖκα νιὸν ἐκτήσατο τὸν Λώτ, θυγατέρα δὲ  
Μελχάμ· ταύτην δὲ ἑαυτῷ ὁ Ναγῶρ λαμβάνει εἰς γυναῖκα.  
15 ἤδη δὲ ἐξηκοστὸν ἔτος ἄγων ὁ Ἀβραάμ, ὡς οὐκ ἐδόκει τὸν  
πατέρα πείθειν καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους τῆς πρὸς τὰ εἰδῶ-  
λα δεισιδαιμονίας μεταθέσθαι, λανθάνει νυκτὸς τῶν εἰδῶλων  
ἐμπρῆσαι τὸν οἶκον. ἤδη δὲ ἐξ αὐτῶν ἀναλωθέντων οἱ ἀδελ-  
φοὶ περινοήσαντες ἀναπηδῶσι, βουλόμενοι ἐκ μέσου τοῦ πυ-  
20 ρὸς ἐξελεῖσθαι τὰ εἰδῶλα. φιλοτιμότερον δὲ ὁ Ἄρραν τῷ  
προσπάγματι προσφερόμενος ἐν μέσῳ διαφθείρεται τοῦ πυ-  
ρὸς· καὶ θάψας αὐτὸν ὁ πατήρ, ἐγγὺς ὡν τῇ πόλει τῶν  
Χαλδαίων, μετατίσεται πάντας ἀποφερόμενος τοὺς οἰκείους

4. Αἰγυπτίους C 6. πατράδελφον C 11. ἐπὶ C 18. ξξ?

mos est, ducere in matrimonium matres et sorores, quemadmodum  
Iupiter Iunonem sororem duxerat. post hunc in Assyria regnavit Se-  
miramis, eius coniux, quae moles extruxit propter inundationes. eo-  
dem tempore apud Aegyptios decima sexta principum familia fuit, ubi  
Thebani regnaverunt.

Tharra 70 annos natus genuit ex Edna uxore, filia Abraam, avun-  
culi sui, Abraam, quem mater ad patris sui nomen appellavit; ille  
enim mortuus erat antequam hic natus. praeterea Tharra procreavit  
Arran et Nachor. Abraam a patre Saram uxorem accepit; is solus,  
quam ubique homines idolorum erroribus tenerentur, verum deum  
cognovit. Arran uxore ducta filium sustulit Lot filiamque Melcham;  
eam Nachor uxorem duxit. quumque Abraam iam 60 annos natus  
desperaret, se patri et ceteris familiaribus persuadere posse, ut ido-  
lorum superstitionem mitterent, clam nocte idolorum aedem incendit.  
iamque consumptis quibusdam fratres re cognita insiluerunt e medio  
igni idola erepturi. Arran autem, quum nimis gloriae studiosus ad-  
propositum niteretur, in mediis flammis perit. hoc sepulto pater,

εἰς Χαρρῶν τῆς Μεσοποταμίας. ἐνταῦθα δὲ Ἀβραάμ δέκα τῶ πατρὶ καὶ πέντε συνοικήσας ἔτη ἐννοεῖ ποτὲ νυκτὸς ἐκ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως τοῦ ἐπιόντος καιροῦ κατασκέψασθαι τὴν πίστην. ἦν γὰρ οὐ μετρίως ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἄπισαν τὴν τοιαύτην ἐξασκηθεὶς ἐπιστήμην. καὶ δὴ μετὰ τὴν ἐκά- 5  
 στου τῶν ζητουμένων διάγνωσιν συνήσει περιττὴν ἄπισαν εἶ-  
 ναι τὴν τοιαύτην περιεργίαν· δύνασθαι γὰρ αὐθις τὸν θεόν,  
 εἰ βούλοιο, μετασκευάσαι πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα τὰ προε-  
 γνωσμένα. πᾶσιν οὖν τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐξ ὅλης ἀπο-  
 ταξάμενος ψυχῆς, καὶ τελείαν τῆς περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείας 10  
 δοὺς τὴν ἀπόδειξιν, ἀκούει παρὰ θεοῦ “ἐξέλθε ἐκ τῆς γῆς σου  
 καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου,” καὶ ἐξελθὼν ἅμα τῇ γυ-  
 ναικὶ Σάρρα καὶ τῶ Λῶτ τῶ ἀδελφιδῶ μετοικίζεται εἰς τὴν  
 Ἀρφαξὰδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μερίδα, ἣν οἱ Χαναναῖοι κατα-  
 σχόντες τὴν Χαναναίαν ἐκάλεσαν, ὧν ἐτῶν οὐ. 15

Ὅμοῦ τοίνυν γίνεται ἔτη μέχρι τῆς παροιουσίας Ἀβραάμ  
 τσαυτῶν. ὁ διαμερισμὸς τῆς γῆς γέγονε τῇ ἀρχῇ τῶν ἡμε-  
 ρῶν Φαλέκ. ἀπὸ δὲ τοῦ διαμερισμοῦ τῆς γῆς ἔτη ας, ἀπὸ  
 δὲ τοῦ κατακλισμοῦ ἔτη χίλια δεκαπέντε, ἀπὸ δὲ Ἀδάμ ἔτη  
 τρισχίλια διακόσια ἑβδομήκοντα ἑπτὰ. 20

Διατριψας δὲ ὁ Ἀβραάμ μετὰ τὴν ἐξοδὸν ἐν τῇ γῇ τῶν  
 Χαναναίων ἔτη εἰκοσιπέντε γεννᾷ τὸν Ἰσαάκ. πρὸ δὲ τοῦ  
 Ἰσαάκ γεννᾷται ἐκ τοῦ Ἀβραάμ ὁ Ἰσμαήλ ἀπὸ τῆς Ἀγαρ,

qui prope Chaldaeorum urbem habitabat, mutato domicilio omnes fa-  
 miliare Charran, Mesopotamiae urbem traduxit. ibi quum Abraam  
 15 annos apud patrem degisset, nocte quondam ex stellarum motu  
 futuri temporis ubertatem inquirere voluit; erat enim non mediocri-  
 ter a patre omnem eam doctrinam edoctus. tum postquam singular, quae  
 voluerat, cognovit, intellexit omnem eam curam inutilem esse; posse  
 enim statim deum, si vellet, mutare ad suam voluntatem, quae prae-  
 visa fuissent. his igitur rebus omnibus et similibus toto animo re-  
 nunciandis et perfectae in deum pietatis exemplum exhibens vocem dei  
 audivit: “exi e terra tua et e domo patris tui” et egressus cum  
 Sara uxore et Lot, fratris filio, migravit in Arphaxad patri suo assi-  
 gnatam partem, quam Chananaei tenebant et Chananian nominabant,  
 annos natus 75.

Erat igitur annorum usque ad migrationem Abraam numerus hic:  
 terrae partitio facta erat initio vitae Phalek; ab hac terrae partitione  
 anni erant 1006; a diluvio anni 1015; ab Adamo anni 3277.

Abraam relicta patria quum in Chananaeorum terra 25 annos vi-  
 xisset, genuit Isaac. sed ante Isaac genuerat Abraam ex Agar Ismael  
 a quo Ismaelitarum gens orta est et Agareni qui etiam Saraceni di-

ἀφ' οὗ τὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν γένος, οἱ δὲ αὐταὶ Ἀγαρηνοί, οἱ  
 καὶ Σαρακηνοὶ καλούμενοι. κατὰ τοῦτον ὁ θεὸς τὸν καιρὸν  
 πῦρ κατὰ τῆς Πενταπόλεως ὑετίζει, καὶ ἀναλίσκει μὲν ἐξ αὐ-  
 τῆς ἅπαν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, διαφθείρει δὲ καὶ αὐτὸ  
 5 ἀπὸ τῆς γῆς τὸ ἀνάστημα, καὶ τῆς προκειμένης θαλάσσης νε-  
 κροῦται τὰ ὕδατα. ὀλίγη δὲ ὕστερον ἀπὸ τῆς κατὰ Μам-  
 βρὴν ὁρῆς μεταναστὰς ὁ Ἀβραάμ ἐπὶ τὸ φρέαρ κατασκη-  
 νοῦ τοῦ ὄρκου, ἑαυτῷ τε ἰδίᾳ καὶ τοῖς οἰκέταις αὐτοῦ κατὰ  
 συγγενείας πηξάμενος σκηνάς. τότε πρῶτον Ἀβραάμ τῆς σκη-  
 10 ποηγίαις ἐφ' ἐπὶ τὰ ἡμέραις ἐπιτελεῖ τὴν ἑορτήν, ἣν εἰσέτι καὶ  
 νῦν ὁ Ἰσραὴλ ἑορτάζει σκηνοπηγῶν. εἰκοσιπέντε ἐτῶν ἦν,  
 φησὶν, ὁ Ἰσαὰκ, ὅτε πρὸς θυσίαν ἀνήχθη. εἰς ἐκεῖνον δὲ  
 τὸν τόπον τὸ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησεν Ἀβραάμ, ἔνθα ὕστε-  
 ρον Δαυιδ τὸ ἱερὸν ἰδρύσατο.

15 Ἰσαὰκ δὲ γενόμενος ἐτῶν ἐξήκοντα γεννᾷ τὸν Ἡσαῦ καὶ  
 τὸν Ἰακώβ. ἑβδομηκοστὸν καὶ πέμπτον ἄγων ἔτος φεύγει μὲν  
 Ἡσαῦ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καταναῖ δὲ πρὸς Λάβαν εἰς Χαρ-  
 ρὰν τῆς Μεσοποταμίας· ἀδελφὸς δὲ ἦν ὁ Λάβαν τῆς Ῥε-  
 βέκας τῆς μητρὸς Ἰακώβ. τούτου νέμει τὰ πρόβατα ἐφ' ὅλοις  
 20 ἔτεσιν εἴκοσι, δεκατέσσαρα μὲν Λίαν λαβὼν καὶ Ῥαχὴλ τὰς  
 τοῦ Λάβαν θυγατέρας πρὸς γάμον, ἐπὶ δὲ τοῖς ἕξ ῥητὸν μι-  
 σθὸν ποιησάμενος σύμφωνον. ὕστερόσθι δὲ κομίζεται παρὰ  
 τῶν γυναικῶν Βάλλαν καὶ Δελφᾶν τὰς παιδίσκας, καὶ παιδο-

10. ἦν om C

16. Ἰακώβ] Ἰακώβ. Ἰακώβ?

21. τοῖς] τῆς C

cuntur. illo tempore deus ignem in Pentopolin deiecit et totum ho-  
 minum genus inde exstinxit, delevit etiam, quae e terra surgebant,  
 et lacus illius aqua emortua est. paulo post Abraam a quercu, quae  
 fuit circa Mambren migravit et ad fontem iuramenti domicilium con-  
 stituit, sibi ipsi et familiaribus secundum cognationem casas confi-  
 ciens; tum primus Abraam umbraculorum festum per 7 dies cele-  
 bravit, quod etiamnunc Israelitae celebrant. Isaac 25 annos natus  
 erat, quum tamquam sacrificium offerretur; exstruxit autem Abraam  
 eodem loco altare, quo postea David templum aedificavit.

Isaac 60 annos natus genuit Esavum et Iacobum; quumque an-  
 num ageret 75, effugit Esavum fratrem Iacobus et Charram, Mesopota-  
 miae urbem se contulit ad Laban, Rebeccae, Iacobi matris, fratrem.  
 eius greges per totos 20 annos pavit; post 14 annos Liam et Rachel,  
 Laban filias, accepit in matrimonium et post 6 insuper annos pactam  
 mercedem meruit. postea ab uxoribus Ballam et Delpham ancillas ac-  
 cepit atque ex his 4 mulieribus annis 14, quos in Mesopotamia  
 post primos 7 versabatur filios procreavit 11 filiamque unam; ex Lia

ποιεῖται ἐκ τῶν τεσσάρων γυναικῶν, ἐν τοῖς δεκατέσσαρσιν ἔτεσιν οἷς ἐπὶ τῆς Μεσοποταμίας μετὰ τὴν πρώτην διέτριψεν ἑπταετίαν, υἱοὺς μὲν ἑνδεκα καὶ θυγατέρα μίαν, ἐκ μὲν τῆς Αἴας γεννήσας τὸν Ῥουβὴμ καὶ τὸν Συμεῶν καὶ τὸν Λευὶ καὶ τὸν Ἰούδαν καὶ τὸν Ἰσάχαρ καὶ τὸν Ζαβουλώμ καὶ τὴν Δίαν, ἐκ δὲ τῆς Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσήφ, ἐκ δὲ τῆς Βάλλας τὸν Δῶν καὶ τὸν Νεφθαλεὶμ, ἐκ δὲ τῆς Δελφᾶς τὸν Γὰδ καὶ τὸν Ἀσηρ. τῷ εἰκοστῷ δὲ ἔτει διαφυγὼν τὸν Λάβαν ὁ Ἰακώβ ἐβδόμῃ ὑπ' αὐτοῦ καταλαμβάνεται ἡμέρᾳ ἐν τῷ ὄρει Γαλααδ. ἐνταῦθα ἐνωμότως ποιησάμενοι συνθήκας χωρίζονται, ὁ μὲν Λάβαν εἰς Χαρράν, ὁ δὲ πλησίον Σικήμεων εἰς πόλιν Σαλήμ. ἐνταῦθα ὑφίσταται ὑπὸ Συχέμ τὴν βίαν ἢ Δίαν. ἔτι δὲ τίπτει ἡ Ῥαχὴλ τῷ Ἰακώβ τὸν Βενιαμίν, καὶ τελευτήσασα θάπτεται ἐν γῇ Ἐφραθαῖ, ἔνθα νῦν ἔστιν ἡ Βηθλέμ. Συμεῶν δὲ καὶ Λευὶ τῆς ἀδελφῆς ἐκδικοῦσι τὴν ὕβριν, παντὶ δόλῳ χρησάμενοι εἰς τοὺς περὶ τὸν Συχέμ. ὁ δὲ Ἰακώβ τῆς ὁράσεως ὑπομνησθεὶς ἧς ἐθεάσατο κατὰ τὴν ἄφιξιν τὴν εἰς Μεσοποταμίαν, ἀνέρχεται εἰς Βαιθὴλ (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ τόπῳ, ἐφ' ᾧ κατοικηθεὶς εἶδε τὸ ἕρμα), καὶ πάντα ἀποδεκατώσας ἃ ἐκέκτητο, τελευταίους ὑποβάλλει κληρῶ τοὺς παῖ-  
 20  
 δας, λαχόντα δὲ τὸν Λευὶ τῷ Θεῷ ἀφιερῶ καὶ καθίστησιν ἱερέα τοῦ Θεοῦ, καὶ προσκομίζει πρῶτον τῷ Θεῷ θυσίαν τὴν τοῦ παιδὸς ἀποδεκάτωσιν.

Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ Λευιτικὸν γένος ἐπὶ Ἀαρὼν κατατρέ-

1. δεκακατέσσαρσιν cod.  
 17. τῆς εἰς C

14. ἐφραθαῖ cod.

16. εἰς om C

videlicet Rubem, Symeon, Levi, Iudan, Isachar, Zabulom et Dinan; ex Rachel Iosephum, ex Balla Dan et Naphthalim et ex Delpha Gad et Aser. vicesimo anno quum Laben efgugisset Iacobus, septimo die in Galaad monte consecuto Laban, pactionem fecerunt, quo factio Laban Charran, ille autem Salem urbem prope Sikiemon se contulit. ibi Dina compressa est a Sychem. tum etiam Rachel peperit Iacobo Beniamin, quumque mortua esset, sepulta est in terra Ephrata, ubi nunc est Bethleem. Symeon autem et Levi sororis iniuriam ultimi omni dolo usi in Sychem socios. Iacobus autem speciei memor, quam quum in Mesopotamiam adveniret viderat, rediit Baethel (id enim erat nomen loco, in quo speciem viderat) divisisque suis omnibus in decem partes postremo filios sortiri iussit sortitumque Levi deo consecravit et sacerdotem deo constituit primumque deo sacrificium obtulit filii consecrationem.

Quum igitur Leviticum genus ad Aaron deveniret et Moysen,



ἀνέπεισαν ἤδη καὶ πρὸς μάχην ἔξαρτύεσθαι, εἰ μὴ ταχὺ ὁ Ἀνδρόνικος ἐπεραιώσατο· οἱ γὰρ καὶ τοῦ ὡς ἐρρέθη ἱεροῦ πολέμου συνεφάσασθαι τότε προσελήφθησαν μὲν, ἤρρησαν δὲ διὰ τὸ ταχὺ ἐκεῖνον λυθῆναι. ἐπεκλᾶτο μὲν οὖν τοῖς Λατίνοις αὕτη αἰτίασις οὐ ψευδής, οὐδ' εἶχον εἰπεῖν, οὔτε μὴν ἔχοιεν ἄν, ὡς ἦσαν ἄμεμπτοι· ἐμελλον δὲ οἴμοι κακῷ μεγάλῳ μέγα κακὸν ἐκθεραπεῦσαι οἱ Παφλαγόνες, οἷς ἀλογίστως ἐθρασύναντο. εἰσελθόντες γὰρ τὴν μεγαλόπολιν καὶ πλαγιάσαντες ἐπὶ τοὺς Λατίνους (εἰκὸς δὲ πάντως καὶ ἄλλους τῶν τοιαῦτα νεωτερίζεσθαι φιλούντων συναίρεσθαι αὐτοῖς) ἐπέρχονται τοῖς Λατίνοις οὐκ ἄν ἐλπίζουσι, καὶ διατίθενται τὰ ἐλεεινότερα, καὶ σπέρματα ἐκεῖνα προκαταβαλλόνται ἀφ' ὧν ἡμεῖς καὶ πολλοὶ ἕτεροι σὺν ἡμῖν τεθερίκαμεν λειμῶνος Περσεφόνης, οὕτω φάναι, δράγματα· ἐκείθεν γὰρ ἡμῖν κα-  
15 θήκει τὰ παρόντα κακά.

Καὶ ἀφηγεῖσθαι μὲν τὰ τότε δεινά, ὅσα εἶδον οἱ Λατίνοι, τὸ πῦρ ὃ τὰ κατ' αὐτοὺς ἐπενείματο δίχα γὰρ τῶν ἀφαρπαγόντων, τοὺς κατὰ θάλατταν ἐμπρησμούς· ἐκ τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις ὠμβρημένον πυρὸς τοῖς ἐπὶ πλοίων φεύγειν ὁρμή-  
20 σασι, τὰ κατ' αἰγιαλούς, τὰ περὶ τὰς ἀμφόδους, ἔργον ἂν εἶη πολὺ, καὶ ὡς οὐ μόνον τῶν ἀνθοπλιτῶν Λατίνων κατεφέροντο οἱ τοῦ Ἀνδρονίκου, ἀλλὰ καὶ ὅσοις περιεποιεῖτο ἔλεον τὸ ἀπάλαμνον· καὶ γυναῖκες γὰρ αὐτῶν ἐρριπτοῦντο ξίφεσι καὶ βρέφη. καὶ τοῦτο μὲν δεινόν, οὐχ οὕτω δὲ ὡς ὅτε καὶ

iām se accingerent, nisi confestim Andronicus traiecisset. iidem, ut bello sacro, de quo diximus, interessent, invitati fuerant, sed prohibiti, quoniam celerem id bellum finem habuit. exprobrabatur igitur illud non falsum crimen Latinis, nec poterant hi, nec vero hodie, affirmare, insontes se esse. sed, eheu, curaturi erant malo magno magnum malum Paphlagonēs, siquidem temere animum expleverunt. namque urbem ingressi et ad Latinos conversi (consentaneum autem omnino est, etiam alios rerum novarum cupidos adiunxisse se illis), adoriuntur eam gentem minime ista exspectantem, et pessime tractant, et semina illa serunt, unde nos et multi nobiscum alii mergites, ut ita dicam, prati Proserpinae messuimus. inde enim praesentia ad nos mala redudarunt.

Enarrare autem cunctas miserias, quas Latini tum experti sunt, ignem, quo bona eorum delebantur praeter ea, quae praedae erant, incendia maritima, quibus Romani coniecto igne insectabantur fugientes in navigiis, reliqua mala, quae vel in litore vel in plateis fiebant, longum est. nec armatos solum Latinos assecclae Andronici invadebant, sed etiam eos, quorum inopia videatur misericordiam ex-

γαστέρων ἀναρρηγνυμένων μητρικῶν ἔμαιούτο σίδηρος τὰ ἔμβρυα, καὶ πρὸ ὄρας βλέποντος ἡλίου τὸ μικρὸν ὃ τοῦ ἄδου σκοτός μετεξεσθέχτο αὐτό, τεθνηκὸς πρὶν ἢ καὶ ζῆσαι τὸ τέλειον. Θηριῶδες τοῦτο καὶ ἀσύγκριτον μανίαις ἐτέραις. ἔπεσε τότε καὶ ἀνὴρ ἱερὸς ἐν Λατίνοις, οὐκ οἶδ' εἴτε ἀπὸ τῆς<sup>5</sup> πρεσβυτέρας ἦκων Ῥώμης κατὰ πρεσβείαν, εἴτε Σικελιάθεν, πάντως δὲ ἢ Ῥωμαῖος ὢν ἢ Σικελός. καὶ οὐχ ἀπλῶς ἔπεσεν, ἀλλὰ μετὰ τῆς παρ' ἐκείνῳ ἱερᾶς ὄλης περιβολῆς, ἣν ὄπλων πρόβλημα περιέθετο, εἴ πως αὐτὸν αἰδέσονται οἱ κακοί. καὶ γέγονε καὶ ταῦτα ἡμῖν προκεντήματα ὧν ἐπάθομεν· ἡμῖν<sup>10</sup> γὰρ οὐδὲ οἱ ναοὶ τοῦ Θεοῦ ἄσυλοι. οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτοὶ ἄχραντοι ἔμειναν, ὅτε νεκροὶ μὲν ἐστρώννουν αὐτοῖς τὰς κρηπίδας παντοδαποί, ἐν οἷς καὶ ἱερὰ πρόσωπα, αἵματι δ' ἐρράδατο τοῖχοι καλά τε μεσόδμαι, παρ' ὅσοις αἱ ἱεραὶ στέγαι ταπειναὶ ἤφροντο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον· τότε δὲ τηλίκον<sup>15</sup> 276 ἦν τὸ κακὸν τοῖς Λατίνοις ὡς ἐκβοήσαντας κατὰ τοῦ Ἀνδρονίκου δοκεῖν δικαιοθῆναι καθ' ἡμῶν, καὶ ἀκουστάς θεῶ γενέσθαι τὰς αἰτήσεις αὐτῶν.

Καὶ οὕτω μὲν, ὡς ἐφθη στενολεσχήσας ὁ λόγος, κατέδυ πόλιν ἐκείνην εὐρυάγυιαν ὃ Ἀνδρόνικος. καὶ ἦν σκοπὸς αὐτῷ<sup>20</sup> τοῦ λοιποῦ τῶν ἐφεξῆς πράξεων καὶ ἀληθῶς προύργου στερεῶσαι μὲν πρὸς μικρὸν τὴν βασιλείαν ἐμπορικῶς τῷ μικρῷ

### 21. προὔργη T

citatura fuisse. mulieres enim et infantes gladiis perimebantur: horrida sane res, nec tamen tam horrida, quam quum uteris matrum proscissis ferro fetus protraherentur, et infans, antequam lucem solis aspexisset, tenebris orci obruebatur, mortuus, priusquam recte vixisset: hoc bestiarum more immane nec cum ceteris facinoribus comparandum. cecidit tum etiam homo Latinus sacerdos, qui veneritne a metropoli Roma legatus, an ex Sicilia, nescio, sed certe aut Romanus aut Siculus erat. nec simpliciter ille cecidit, sed cum omni suo sacro ornatu, quem pro munimento induerat adversus tela, num forte veneraturi se essent hostes. ac fuit ea quoque imago eorum, quae ipsi passi sumus. nam nec nobis templa dei intacta sunt. etenim ne ea quidem incruenta manserunt, quando cadaveribus pavimenta oblecta sunt variis, in quibus viri etiam clerici erant, et sanguine adpersi muri trabesque pulcræ quibus sacra tecta sublimia gestabantur. sed haec quidem post facta sunt. tunc autem tanta erat Latinorum calamitas, ut Andronicum detestati clamarent, poenas nos daturus et deum auditorum esse preces suas.

Andronicus ita igitur, ut supra paucis memoratum est, intravit urbem amplissimam. spectare autem coeperat ea, quae deinde consecuta sunt, gradiebaturque ad ea ita, ut stabiliret nonnihil frau-

Ἀλεξίῳ, κατασεῖσαι δὲ τῆς κραταιότητος τὴν [τε] μητέρα, ἐπεὶ τὸν ἰστορούμενον προποσεβαστὸν ἀποσκευάσσοιτο, πρωτόλειον ἐκείνον Ἑρινύσιον ἐκδούς· καὶ κατέμενεν οὕτω προκεντῆσαι τὰς τῶν πρακτέων ἀρχάς. καὶ ὡσιώσατο μὲν ἐνταῦθα 5 καὶ ὄρκους, καὶ αὐτοὺς ὄλους καὶ ὄσους, ὧν εἷς καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ μεγάλου πανσεβαστοῦ βήματος πεθμελιωμένος εἰς κρηπίδα, ἣν οὐκ ἔστι κατασεῖσαι Χριστιανοῖς· εἰς αὐτὸ γὰρ ἦν συμπεπηγῶς τὸ αἷμα καὶ τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, τὰ πᾶσι φρικτὰ καὶ πάντιμα. ἐδίδου δὲ ὑπονοεῖν ἀσφάλειαν 10 πίστεως βασιλικῆς καὶ τὸ τῆς ταπεινότητος ψευδεπίγραφον· πεδοῖ γὰρ ἐαυτὸν ῥίψας ὁ Ἀνδρόνικος καὶ ἀπαλὸν βασιλικὸν πόδα χειρὶ ἄρας ῥέμα τῷ σκληρῷ τραχήλῳ ἐπέθετο, φαντάζων ὡς οὕτως ὑπὸ πόδα τῷ βασιλεῖ αἰεὶ πατήσεται. καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐλαφρίσας ἐπεκάθισεν ὦμφ σφετέρῳ, πρὸς 15 σύμβολον καὶ τοῦτο τοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτὸν ἔχειν καθάπερ ὄσιον.

Ἦσαν ταῦτα. καὶ οἱ μὲν ἀγχινούστεροι καὶ οἶοι ἔχειν τὸ ἀληθῶς εὐεπήβολον ὄκνον πρὸς τῷ ἀνδρὶ εἶναι, οὐ πάνυ πολλοὶ ἐκείνοι, εὖ ὀτιμάλιστα εἰδότες οἶος πέπλαστο· οἱ δὲ 20 πλείους παρήγοντο τοῦ ἀληθοῦς, καὶ ἠνθισμένας τὰς ἐκείνου τρίβους ὀρῶντες τοὺς βοθύνους οὐχ ὑπεβλέποντο, ἀγαθοὶ καὶ οὗτοι γὰρ ὄντες Χριστιανοί, καὶ λογισμῷ διοικούμενοι ὡς οὐκ ἄρα τοιοῦτους ὄρκους συγχέαι κατατολήσει ἄνθρωπος γένους

dulenter imperium Alexii pueri, deiceret de rerum fastigio matrem, exuto, quem commemoravimus, et primitiarum loco furiis dicato protosebastro. ac perseveravit in delineandis ita agendi principiis. iuravit quin etiam iurairuranda, et qualia illa quantaque! e quibus unum in magno gradu venerabili tanquam fundamentum iactum est, quod concutere non licet Christianis. in eo enim abdita erant corpus et sanguis Christi salvatoris, cunctis horrenda et venerabilia. ac faciebat, ut sperares firmam imperatori fidem, ementiebaturque humilitatis signa. etenim humi prostratus tenerum pedem imperatoris leni manu sublatus asperas cervici suae imposuit, simulans ita se semper sub pedibus imperatoris fore. quid, quod sublevatum in humero sibi collocavit imperatorem, quod et ipsum documento esset, induxisse se in animum, quod fas esset.

Quae quum ita fierent, prudentiores et ii, qui haberent veram divinandam facultatem, dubitabant, non admodum multi illi, homini isti se adiungere, optime gnari, ex quo ille luto factus esset. plerique autem a vero aberrabant, et vias floridas dum vident, non suspicabantur fossas latentes, boni illi et ipsi Christiani, qui ita secum ra-

γας πατέρω σκέλει τοῦ σημαιομένου τῆς ἐκφροντίσεως ἐν-  
 ρεισάμενος, φάναι εἶπε τὸν λόγον, καθότι σοῦ εἰς ἀστραβῆ  
 κίονα ὑποστήσαντος ἑαυτὸν, βαστάζειν τὰ ὑπὲρ τοῦ παιδός,  
 αὐτὸς ἀπεφορτισάμην τὸ πολὺ τοῦ φροντίζειν, ἀναθέμενος ὡς  
 λαχρῶ σοι αὐτῶ τὰ βαρήματα. ἤσυχάζει ἐνταῦθα ὁ Ἄν-5  
 δρόνικος, καὶ τὸν θυμὸν ὑπενδακῶν καὶ τοῦτο μόνον ἀκροβο-  
 λισάμενος δίχα ῥοίζου λιγέος κατὰ τοῦ γέροντος, ὡς ἄρα  
 βαθὺς Ἀρμένιος. καὶ παραμίζας τῇ βαρύντητι καὶ σαρχα-  
 σμὸν τὸν ἄχρι καὶ μειδιάματος, ἀρχὴν ἐκείθεν ἔθετο τρανέ-  
 στερον μελετᾶν. καὶ εἰς τοσοῦτον ἐξίκετο δραστηριότητος 10  
 277 ὡς μετὰ μικρὸν ἐπαναστῆσαι καὶ ἐπιστῆσαι τοὺς χυδῆν πι-  
 κρούς ἕως καὶ εἰς ἐσχάτην θρασύτητα, ὡς καὶ διαχρησθῆναι  
 κίνδυνον γενέσθαι τὸν ἀρχιερέα μετὰ πολλὰς ὕβρεις, ὁποίας  
 καὶ Ἰουδαῖοι ἐτοξάσαντο ἂν κατὰ Θεοῦ. καὶ εἰ μὴ τεγγη-  
 σάμενος ὁ γέρον ἐαυτῶ τὰ σωτήρια ἐκ μέσων κρυβείς ἀπε-15  
 σύρη, ἀποδυσάμενος, ὡς ἐχρῆν, τὸ ἄρχειν, ἔπαθεν ἂν ὕπερ  
 οὐκ ἦν αὐτῶ ἐθέλοντι.

Καὶ αὐτὸς μὲν οὕτω ξυνέστειλεν αὐτόν, ἀφείς καθ' ἐτί-  
 ρων μεμνημένοι τὸν Ἀνδρόνικον. ὁ δ' ἐπεὶ οὐκέτι προσβλήτι  
 σκοπέλω τινὶ ἀνεκρούετο, ἐξεκύμαιεν ὀλέθρια κατὰ πάντων, 20  
 οὐχ ὥστε καὶ εἶπεῖν "ὅς τε αἴτιος ὅς τε καὶ οὐχί," ἀλλὰ  
 κατὰ τῶν μηδὲν ὅλως αἰτίων, τὸ ἀδικώτατον· καὶ τῆν τε  
 τοῦ βασιλέως περιγράφας μητέρα ἐν τῷ σεμνεῖ τῶ ἐν ἀγίους

quo tandem sensu dicat, nihil sibi propter ipsum dubium esse de  
 imperatore. atque ille, alteram significationem locutionis "dubium esse"  
 praetendens, dixisse se illud ait, quod, postquam iste se tanquam fir-  
 mam columnam obtulisset ad curam sustinendam pueri, ipse magnam  
 eius curae partem deposuisset, idque illius humero onus imposuisset.  
 quiescit ad haec Andronicus, et premit pectore stomachum, perstrin-  
 gere conatus non magno strepitu senem, utpote subdolo ingenio Ar-  
 menius. atque admixto superbiae ludibrio prope cum risu, apertius  
 iam incepta moliri coeperat. itaque eo processit audaciae, ut brevi  
 excitaret et provocaret cavillatorum vulgus ad extremam petulantiam,  
 et archiepiscopo ne vis fieret periculum esset, post multas contumelias,  
 quales Iudaei in deum fuderunt. ac nisi senex prudenter sa-  
 lutem quaesisset, clam se illis subtrahendo, et deposito, ut debebat,  
 imperio, forsitan haud grata sibi passurus erat.

Itaque ille ita se continuit, Andronicum passus adversus alios  
 furere. qui quum non iam retunderetur scopulo eminente, perniciem  
 adversus omnes spirabat, non ita ut quaereret, quis sons esset, quis  
 non esset, sed adversus prorsus insontes, summa iniuria; atque ma-  
 trem imperatoris in templum sapientis, qui in sanctis est, medici Dio-

σοφοῦ λατῆρος Διομήδους, ἐπισχῶν οὐ πολὺν χρόνον ἀπῆγά τε καὶ ἐβύθισεν, ὑπουργοῖς χρησάμενος ὧν ἐνίοθις ὁ καταβραβεύων αὐτοῦ θυμὸς οὐ πολλῶ ὕστερον εὖ ποιῶν ἐτίσατο, παιδεύοντος ἡμᾶς καὶ οὕτω τοῦ Θεοῦ ὡς καὶ ὁ ἐπιτάσων 5 τὰ φανυλότερα καὶ ὁ ὑποτασσόμενος τοῦ προσώπου πειρῶνται τοῦ Θεοῦ ὁποίου οἶδε Δαυΐδ.

Τοῦτό τε οὖν οὕτως ἐξήμαρτε, καὶ σύγκλητον δὲ θέμενος ἀνδρῶν λογάδων ἀπάντων τῶν τοῦ μεγίστου γένους, κατὰ τινα 10 ἡμέραν ἦν καὶ ἐγγράφηται τις ἂν εἰς ἀποφράδα δεινὴν, συλλαμβάνει ἐκείνους ὥσει καὶ ἰχθύας τινὰς ἐν ἀφύκτῳ πανάγρω, δίχα γε τῶν καλῶν Ἀγγέλων, οἳ καὶ οἷα περὺξάμενοι ἐς φυγὴν ἐσκορπίσθησαν. καὶ διατίθεται πάντας ὡς οὐκ ἂν εὐλόγησοι τις, λαβῶς ἐπικαλῶν ἐκάστοις τὸ κατὰ βασιλέως ἐνδομυχεῖν, ἐκείνου (εὐστόχως εἶπεν) ἀλιτήριος. καὶ ὀλίγους 15 μὲν τινὰς ἐδικαίωσεν εἰς εἰρκτήν, ἦσαν δὲ οἱ καὶ ἐξ ὀμμάτων ἐγένοντο, πλείους γε οὗτοι. τινὰς δὲ καὶ ἐς ἀειφυγίαν ὑπερορίους ἔστειλε. μετὰ βραχὺ δὲ καὶ τοὺς καθειρχθέντας ὑποδιελὼν ἐμέρισεν εἷς τε τυφλοὺς ἐκ σιδήρου καὶ μὴ τοιούτους, ὡς ἂν, οἶμαι, βλέποντες αὐτοὶ τοὺς πεπηρωμένους αἰεὶ ζῶσιν 20 ἔμφοβοι καὶ συνεπαιῶσιν οὕτω τὸ κακὸν τῆς καθειρήξεως.

Οὐ πολὺν δὲ χρόνον μείνας ἐπιβαλεῖν ἐφίεται καὶ τῆ ὑπερανεστηκότι βαθμῶ, καταγνοὺς τῆς πρώτης ἐκείνης βαθμίδος ὡς ταπεινῆς. γογγυσμὸς τοίνυν αὐθις αὐτῆ τεχνᾶται,

#### 14. ὁ ἐκείνου?

medis inclusam brevi post abduxit et submersit, satellitibus usus, quorum nonnullos exitiosum eius ingenium non multo post bene fecit quod puniret: quippe ducebat ita nos deus, ut et qui iuberet scelerata et qui obediret numen experirentur divinum, quale David novit.

Quo patrato facinore, quum in senatum legisset summi generis viros omnes primarios, quodam die, quem in maxime nefastis quis numeret, comprehendit illos tanquam pisces uno reti omnes, praeter eximios Angelos, qui quasi alati fuga huc illuc discesserant. habet omnes eo modo, quem nemo laudaverit, crimini dans singulis, quod imperatori insidiarentur, quem violabat, ut leniter dicam, ipse. paucos aliquot ad vincula damnavit; sed fuerunt etiam, qui oculis privarentur, et hi quidem plures; nonnullos exilio perpetuo e patria exterminavit. mox etiam vinctos divisit ita, ut alios caecaret, alios non caecaret, quo, opinor, hi perpetuo, dum mutilatos illos vident, in metu viverent augerentque sibi vinculorum miseriam.

Haud diu erat, quum ad gradum escendere superiorem aggreditur, priorem illum humilem esse ratus. itaque fremitum rursus simulat et molestias praetendit et onus consiliorum non iam ferendum,

καὶ βαρύτης προβάλλεται καὶ φόρτος φροντίδων οὐ φορητός, καὶ ὡς οὐκ ἂν εἶη αὐτῷ στερκτέα εἰ οὕτω πάσχειν κινδυνεῖει τρόποις πολλοῖς. ἔπασχε δὲ ἄρα οὐδέν, ἀλλ' ἐνδόμυχος ἦν πολλοὺς αὐτὸς ὑποβαλεῖν καὶ εἰσαυθίς ἀτλήτοις παθήμασιν. ὡς δὲ ἐπέμενε μακρὰ γογγύζων καὶ κατὰ σχῆμα δυσανασχετῶν, 5 καὶ τῇ μὲν ψυχῇ νεμόμενος βασιλικῶς τὴν μεγαλόπολιν, τῇ δὲ γλώσση τὴν Παφλαγονίαν προφέρων καὶ ἄπερ αὐτὸς ἐρρηγόρευεν ἐκεῖσε καλὰ, ὧν δῆθεν Κωνσταντινούπολις ἐστέρητο, καὶ θησαυροὺς ἐκόμπαζεν ἐκεῖ πεφυλαγμένους αὐτῷ, Φαρίου δὴ τινα θύραν, καὶ αὐτὸς ταύτην ἀναπλαττόμενος τοῖς 10 ἀγνοοῦσιν οἷα τύχη αὐτὸν τὰ πρὸ τούτων ἤλαυνε, καὶ ἦσαν τὰ τοιαῦτα προβλήματα φωνασκούμενα τῷ ἀνδρὶ ἐν συχνοῖς ὄχλοις καὶ συνεχῶς, καὶ ποτε καὶ παρὰ τισι τῶν θερμότερων ἐν τῷ κοινῷ, καὶ οὐς οὐδέν τι ἐκφοβεῖ δια τὸ μὴ ἔχειν πρᾶγμα καθ' ὃ δεδίζονται, καὶ ἤρесе τοῖς τοιοῦτοις ἀναβοῆ- 15 σαι ὡς, εἰ μὴ καλὰ σοι τὰ ἐνταῦθα, οὐδ' ἔστι προσμένειν ἐπ' ἀγαθῷ τῆς μεγαλοπόλεως, τίς ἂν εἶη ὃ προσίστασθαι φρονῶν σωτηρίᾳ τοιοῦτου ἀνδρός; καὶ ὅτι ἡ ὀδηγήτρια ἡ πολιούχος ἡμῶν ἀρκέσει αὐτῇ ἀντὶ πάντων καταπράξεσθαι τὰ ἡμῖν σύμφορα, — ὡς τοῖνυν, ἐφ' οἷς παιζῶν ἐλάλει, οὐ- 20 τως ἐμπεφορβίωτο, σιγᾷ εὐθύς, τὴν ὑποκριτικὴν σκηνὴν καθελῶν καὶ μηδέν τι πλεόν εἰπεῖν προσθέμενος. καὶ γοῦν τὴν μηχανὴν ταύτην εἰς κενὸν ἰδῶν σχάσασαν, καὶ πον καὶ αὐ-

### 1. φόρτος φροντίδων T

nec sibi gratum esse, si ita sibi patiendum sit multis modis. verum nihil ille patiebatur, sed meditabatur denuo multos intolerabili afficere miseria. itaque quum ita perpetuo fremeret et parum se rebus contentum esse simularet, et animo sibi placeret in regia urbis administratione, verbis autem Paphlagoniam praeferret et quae illic sibi bona esse praedicabat, quibus scilicet careret Cpolis, iactaretque thesauros ibi sibi asservatos, Phamiae videlicet quandam ianuam, a se ipso confictam, si qui nescirent, quae illum fortuna ante egisset: talia igitur quum in ore semper haberet in coetu quocumque, accidit id quondam coram quibusdam fervidioris in civitate ingenii, qui nulla re terrentur, propterea quod nom habebant, cur sibi timerent, ac placuit his vociferari, si displicerent, quae fierent, non esse, cur maneret bono civitatis: quis enim, aiunt, obstare velit talis hominis saluti! erit dux nostra praeses urbis, instar omnium ad perficienda, quae nobis salubria sunt. quum igitur ab iis, quibus illudere conatus erat, ita refutatus esset, conticuit statim, scena praestigiarum prostrata, nec verbum insuper addidit. eam igitur fraudem quum irritam videret, et ipse proverbio dixisset, ille funiculus nihil piscium attraxit, et

τὸς παρομιμωδῶς εἰπὼν ὡς αὕτη μὲν ἢ μῆριδος ἡμῖν οὐδὲν ἔσπασε, καὶ τὸν ἀκκισμὸν τοῦ ἐθέλειν ἀπελθεῖν γνωματεύσας οὐκ ἀγαθὸν εἶναι, οἷα τοῦ σχηματισμοῦ καὶ τοῦ χρώματος ἀνεποιούντος ἄπερ κατὰ τῆς βασιλείας ἐβουλευέσαστο, καὶ ἀπο-  
 5 τελοῦντος αὐτὸν ἀντὶ ἄρχοντος ὑπαρχον, ἐτέρας γίνεται σο-  
 φωτέρας περιεργίας. ἢ δὲ ἦν μηκέτι ἀμέσως τοὺς ὀχλικούς  
 καὶ ξύγκλυδας εἰς ὀμιλίαν ἀξιούν ἤκειν αὐτῷ, ἀλλὰ τοὺς ἐν  
 αὐτοῖς πρоруχοντας καὶ οἶους ἔχειν περιάγειν τοὺς πλειόνας  
 καὶ κεφαλαρχεῖν ὡς ἐν οὐραῖς. ἀλιτήριοι ἄνθρωποι ἐκείνοι,  
 10 φιλοστασιασταί, ὀχλοκῆποι, βασιλεῖς οἷον ἕκαστος περὶ τοὺς  
 ὀμοήθεις. φιλοῦμεν γὰρ οἱ ἐλαφρότεροι εὐκόλως ἐπεσθαι  
 κελεύουσαι τοῖς πρὸς ἃ κερύκαμεν ὀδηγοῦσι· κερύκαμεν δὲ  
 οἱ πολλοὶ πρὸς τὸ φιλόκαινον, ἐπιθυμηταὶ ὄντες καινῶν ξυμ-  
 βαμάτων, καὶ τὸν χρόνον ἀκαιτοῦντες ἐγκαινίζουσιν ἡμῖν ἄλλο  
 15 τε ἄλλα ξενίζοντα.

Οἱ τοίνυν τῶν τοῦ δήμου τὰ πρῶτα φέροντες καὶ ἀνε-  
 γείρειν τοὺς λοιποὺς ἔχοντες, προβληματισθέντες οἷον ὑπο  
 τοῦ Ἀνδρονίκου τὸ βουλευτέον ἐκείνῳ, εἶτα τόπους αὐτοὶ ἐξεύ-  
 ρισκον κατὰ τοὺς δεινοὺς τοιαῦτα σοφίζεσθαι, δι' ὧν ἐπιχει-  
 20 ρήσαντες συμπερανοῦσι τὸ ἔκτοπον καὶ (ὀκνητέον δὲ εἰπεῖν)  
 καὶ ἄτοπον· καὶ μυστηριασθέντες τὸ μὴ ὄσιον ἐτελοῦντο  
 πρὸς ἐκεῖνο, καὶ ἐδαδούχουν εἰς ἐμφανὲς τὰ σκοτούς ἄξια,  
 καὶ ἀναπέισαντες τοὺς ὀχλους μὴ ἂν ἐκφυγεῖν τὴν πόλιν τὸ

affectatam redeundi cupiditatem haud utilem esse intellexisset, quoniam artes illae fucusque ipsi afferebant, quod adversus imperium moliebatur, faciebantque eum pro imperatore ministrum, aliud prudentius artificium meditatur. erat id, ut iam non ipsos continuo de plebe et sentina homines in consuetudinem suam admitteret, sed primores eorum et qui reliquos tanquam agminis extremi milites regere et ducere possent, nequam illi homines erant, seditiosi, aurae popularis captatores, quasi reges quisque inter eiusdem farinae reliquos. solemus enim leviores facile sequi hortantes eos, qui praesunt ad ea, ad quae inclinamus natura; inclinamus autem plerique ad rem novarum studium, cupientes, ut quid novi fiat, expetentesque, ut alia alio tempore dies ferat.

Plebis primores igitur et ii, qui reliquos excitare possent, agere aggressi, quod Andronico placeret, vias deinde facile ipsi inveniebant, quibus plebem ad ea pellicerent, quibus perficerent rem inauditam eheu! et incredibilem. edocti igitur quod nefas esset, initiati-  
 que istis mysteriis, facibus illustrabant, quod tenebris obruendum erat, ac dictitantes coram plebeiis, non posse urbem evitare interi-

ἀπολεισθαι, εἰ μὴ τῷ μικρῷ καὶ ἀγυμνάστῳ Ἀλέξιῳ τὰ εἰς  
 278 βασιλείαν τὸν Ἀνδρόνικον συνδυάσουσιν, εὖ μάλα δεδασμέ-  
 νον καὶ τὰ εἰς τοιαύτας τέχνας, οἷόν τε ὄντα συνδιαφέρειν  
 ἐκείνῳ τὸν βασιλεῖον ζυγόν, οὐχ ὥστε μὴν καὶ καταρριπτεῖν,  
 ἀλλὰ καὶ μάλιστα ὑπανάχειν καὶ τὴν ἐκείνου μεγαλύνειν συμ-  
 5 κρότητα κοινωνίᾳ μὲν ἀξίας μιᾶς, ὑπεροχῇ δὲ κόπων καὶ πό-  
 νων, οἷς ὁ Ἀνδρόνικος εἰδίστο ἄδδην, πολυπλάνοις πλάναις  
 κατὰ τὸν εἰπόντα γεγυμνασμένος, ἤγειραν οὐκ ὀλίγους ἀνα-  
 πεισθῆναι ὀρθῶς ἀκούειν καὶ διαθερμανθῆναι εἰς ἐξάνουσι  
 τοῦ συνάρχειν βασιλικῶς τὸν τε Ἀλέξιον τὸν τε Ἀνδρόνικον. 10  
 καὶ τὴν ἀρχὴν μὲν ὑπεψιδυριζέτο ἡρέμα τὸ σόφισμα, μετὰ  
 δὲ ἐλαλεῖτο, μικρὸν δὲ ὅσον καὶ ἐξεβοᾶτο τρανέστερον. καὶ  
 ἔδει λοιπὸν ἐμφανῶς προκληθῆναι εἰς τὴν ἀρχὴν τὸν Ἀνδρό-  
 νικον, καὶ εἰ μὴ πείθοιτο, ἀλλὰ τότε δυσωπηθῆναι. εἰ δὲ  
 μηδὲ οὕτω κατακλίνοιτο ἀτενῶς ἔχων, πειραθῆναι καὶ βίας, 15  
 καὶ κάλλιόν φασιν ὄν παθεῖν ἐκείνον ὃ μὴ βούλεται, τὸ βα-  
 σιλεῦσαι δηλαδὴ, ἥπερ ἐξολέσθαι τὰ κοσμικά. καὶ ἐταιρί-  
 ζονται μὲν εἰς τοῦτο πολλοὶ τῶν τοῦ λαοῦ, συνεπιρροεῖ δὲ  
 τῷ κλύδωνι τοῦτῳ καὶ ἀπόρροιά τις τῶν τῆς συγκλήτου, οὐ  
 πολλὴ μὲν, ἐπίρροτος δὲ καὶ τοῦτό γε ἡμῖν ἀπόρροτος. οὐ 20  
 γὰρ ἀπλῶς ἀφωσιούτο αὕτη τὴν κατὰ τοῦ βασιλέως Ἀλέξιου  
 νεωτέρισιν κατὰ χάριν Ἀνδρονίκου, ἀλλ' ὥσει καὶ μεμηνυῖα  
 βυσσόθον ἐκκαῖτο καὶ τὸν Ἀνδρόνικον συνεξέμινε.

tum, nisi parvo et imperito Alexio imperii socium adderent Andronicum, virum earum artium scientissimum, et idoneum ferendo cum illo iugo imperii, non ita, ut deiiceret id onus, sed sustineret praeclare, et auctoritatem adderet illius exiguitati tum eiusdem communione dignitatis, tum defensione aerumnarum et laborum, quibus ad satietatem assuetus esset, vagis iactatus, ut ille ait, erroribus: talia igitur dictitando excitarunt haud paucos, ut non gravate illud audirent arderentque cupiditate partiendi inter Andronicum et Alexium imperii. atque initio quidem susurrabant leniter fraudem, deinde sermonibus agitabant, mox aperte clamitabant. debebat iam palam ad imperium vocari Andronicus, et, si non obsequeretur, tum vero precibus urgeri; si ne sic quidem moveretur, sed resisteret pertinacius, vi compelli: quippe praestare aiunt, pati illum, quod nolle, imperium scilicet, quam perire mundum. sociantur ad haec multi de plebe, sed abripitur eo flumine etiam senatorum pars, non magna quidem illa, sed, taedet dicere, infamis. neque enim detestati sunt suscepta adversus imperatorem Alexium in Andronici gratiam consilia, sed etiam quasi furore intus acti aestuabant et in furorem adigebant Andronicum.



Καὶ ἔσονται αἰοίδιμοι ἐν τούτοις οἱ τῆς ἡμέρας ἐκεῖνος πιστοί, Κωνσταντῖνος ὁ Πατρηνός, τὸ τῆς κολακείας ἠκριβωμένον ἀφίδρυμα, καὶ ὁ ἀπλούχειρ Μιχαήλ, ἀνὴρ γλοῖος μὲν πολιτεύσασθαι στρυφνός δὲ πονηρεύσασθαι. ἦν δὲ καὶ τις ἀνὴρ λάμπων ἐν τοῖς τοιούτοις ὡσεὶ που καὶ φρυκτὸς ὀλέθριος, μέσος ἦν ὅτε τὴν τύχην, πατρὸς ἐκφύς δεξιῶν λογιζοσθαι τὰ δημόσια καὶ ἐμβαθύνειν κλέμμασιν. Στέφανος μὲν τὸ κύριον, τὸ δὲ ἐπ' αὐτῷ Ἀγιοχριστοφορίτης· ὃς μεταθέμενος ἐξ ὧν ὁ κατὰ θεὸν διάκειται, Ἀντιχριστοφορίτης παρῶν μείτο τοῖς ὕρθᾳ νοοῦσι. τοῦτον ὁ μὲν φθάσας χρόνος παρεσημήγατο εἰς ἀνδριάντα φαυλότητος. κηδεύσας γὰρ οὐ καθ' ἑαυτὸν, ἀλλὰ πανουργευσάμενος ὑπὲρ ἀξίαν γάμον εὐγενῆ, δέδωκε τιμωρίαν οὐκ ἀγεννῆ· τὰς ὀδνάς τε γὰρ ἀπεσχίσθη αἶτε μὴ καλῶς φριμαξάμενος καθ' ἧς οὐκ ἔπρεπε, καὶ τῶν αὐτοῦ νότων σωφρονιστῆρες ἰμάντες κατεχόρυσαν. καὶ ὁμῶς ἰταμὸς ὧν καὶ τὴν αἰσχύνην ἀπὸ προσώπου θέμενος οὐκ ἀπήγγαγεν ἑαυτὸν τοῦ προφαινεσθαι, μὴ καὶ γελῶτο, ἀλλ' οἷα μηδὲν τι κακὸν δεδρακῶς περιήροχτο ἔνθα καὶ πρῶην, φιλενδεικτῶν τὸ θράσος καὶ ἐπιδεικνύμενος τὸ μὴ αἰδεῖσθαι, καὶ οὕτω βιαζόμενος τὸ μηδὲν τι φαῦλον ἢ ποιῆσαι ἢ παθεῖν. ὡς δὲ περιεωρᾶτο πρὸς πάντων, καὶ τοῦ γάμον τε τοῦ ὑψηλοῦ ἦν ἔκπτωτος καὶ οὐδέ τινα εἶχεν ἄλλην ἀνάβασιν, ἀλλ' ἐν κενοῖς τὰς βασιλείους θύρας ἐξέτριβε, λαγχάνει ποτὲ

Atque laudibus in his ferentur fideles isti, Constantinus Patrensis, adulationis effigies absolutissima, et simplicis manus ille Michael, vir blandus in negotiis, asper in nequitiiis. erat etiam vir inter illos illustri tanquam taeda lucida, mediocri quondam fortuna, patre natus dextro ad pecuniam publicam inferendam rationibus, auferendam ex aerariis, Stephanus nomine, cognomine Hagiochristophorita, qui, quoniam abiecerat, secundum quae vivunt, qui pie vivunt, Antichristophorita cognominabatur ab iis, qui recte sentirent. hunc priora tempora ut statuum nequitiae notaverant. etenim uxore quaesita non pro conditione sua, sed supra ipsius dignitatem nobili, poenas haud ignobiles dedit. namque naribus privatus est, quod adhibisset haud honeste, cui non debuerat, et in tergum eius flagella insiluerunt castigantia. verum qua erat procacia, omni pudore deposita, haud abstinebat, ne risui esset, quominus in publicum prodiret, sed tanquam nihil commississet, circumibat ubi ante solitus fuerat, ostentans audaciam et impudentiam, atque ita speciem affectans, ac si nihil turpe aut fecisset aut passus esset. itaque quum ab omnibus contemneretur et matrimonio illo sublimi excidisset nec alium videret ascensum, sed imperatorias frustra fati-

προηκείμενος ἔπος ἄλλως μὲν σφαλερόν, ἑαυτῷ δὲ ἀναστύσι-  
 μων. ὡς γὰρ ὁ Μαυροζώμης Θεόδωρος ὁ ἐκ Πελοποννήσου,  
 ἄνθρωπος πολυμεμφῆς ἐφ' οἷς ἐπέθ' τὰ θεῶν ἔδρα, μετὰ θά-  
 νατον τοῦ Ἁγιοθεοδώριτου Μιχαὴλ τοῦ ἐν ὑπογραφεῦσι βα-  
 σιλικῶς μεγάλο, ἔγγιστα τῷ βασιλεῖ γεγονῶς ὑπερφαινετο,<sup>5</sup>  
 οἱ μὲν ἄλλοι ἐχεφρονοῦντες ἐπιτιον εἴ τί που χόλου καὶ εἶ-  
 χον ἐφ' οἷς μὴ ἀνέβαινον, ὁ δὲ πρὸ τῆς βασιλείου σκηπῆς  
 καθήμενος ἐξεβόησεν εἰς πολλῶν ἀκοὰς λόγῳ σχετλιασμοῦ  
 ἄδικα πάσχειν, εἴπερ ὁ δεῖνα μὲν καὶ ὁ δεῖνα, οὐκ εἰς το-  
 σοῦτον κακοὶ πεφηνότες, εἶτα ὑψοῦνται, αὐτὸς δὲ φανυπέ-<sup>10</sup>  
 φανυλος ὢν, καὶ ὡς ἂν τις κωμικευόμενος εἴποι, μιαιφῶς καὶ  
 παμμίαρος καὶ μιαιφώτατος, καὶ ἄνθος κακίας καὶ πονηρίας  
 ἄβυσσος, καὶ οἶος διορᾶσθαι ὕσα καὶ δαιμόνων, ἀφίεται ζῆν  
 εἰκῆ, καὶ οὐκ εἰς μέσον παράγεται, τὰ οἰκεῖα ἐπιδειξόμενος  
 καὶ ἀρέσων εἰς πλουτοποιίαν. ἐπῆγγε δὲ ἑαυτῷ καὶ ὄρκον μέ-<sup>15</sup>  
 γιστον, μὴ ἂν εὐρήσεσθαι τὸν ἐπὶ κακίᾳ ἴσον. ἔφη ταῦτα  
 στηλογραφῶν ἑαυτὸν καὶ περιανυτολογῶν ὡς αὐτῷ ἔπρεπε, καὶ  
 ἐπὶ πᾶσιν ἐστέναξεν ὡς βαρυπενθῶν, καὶ ἐξεπυρώθη χόλῳ  
 τὸ πρόσωπον. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἐταράχθησαν πρὸς τὸν λόγον  
 καὶ ἐκαρὰδόκουν κακά, λογιζόμενοι ὡς οὐ μόνον αὐτὸς δεινὰ<sup>20</sup>  
 πείσεται αὐτίκα, τῆς βοῆς ἐντὸς ἀκουσθείσης καὶ εἰς ὕβριν τῷ  
 βασιλεῖ λογιθείσης, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πρὸς μέμψεως ἔσονται,  
 ὅτι μὴ θυμὸν κατὰ τοιούτου ἀνδρὸς ἀνέλαβον. καὶ αἰτοὶ

garet fores, accidit quondam ut vocem per se levem, sed sibi utilem  
 emitteret. nam quum Theodorus Maurosomas, ex Peloponneso oriundus,  
 homo multum obiurgatus propter ea, quae praeter ius fasque fecerat,  
 post Michaelis Hagiotheodoritae, qui erat primus ab epistolis imperatori,  
 mortem eximie ab imperatore proventus esset, ceteri prudentes viri,  
 nonnihil etiam invidia forsitan moti, stomachabantur, quod non et ipsi  
 proveherentur, ille autem, pro foribus tentorii imperatorii assidens, clare,  
 ut a multis audiretur, quasi indignabundus exclamavit, iniuste secum  
 agi, quod, quum hic atque ille, se minus scelerati, iuvarentur, ipse,  
 omnium sceleratissimus et, ut comicus dicturus esset, foedus et stercore  
 foedior et foedissimus, ac flos nequitiae et vorago pravitatis, et qui  
 perspiceret, quae vix perspiceret daemon, neglectus esset nec in me-  
 dium produceretur ad ostendendas virtutes suas et explendam habendi  
 cupiditatem. sacramento deinde diro se obstrinxit, si quisquam sibi  
 par ad pravitatem reperiretur. quae quum dixit, suam sibi quasi  
 statuam inscripsit et se notavit, ut decebat, singulis verbis inge-  
 micens, quasi miserrimus homo esset, et ira rubente facie. ad eam  
 orationem ceteri animis turbabantur expectabantque mala, veriti,

μὲν οὕτως· τοῦ δὲ καθ' ἡμᾶς βίου τὸ χρεῶν ὡς ἡμάρτο-  
 μεν τότε μὲν ἀφῆκε μέλαι τὸν ἄνδρα, μέγα καὶ τοῦτο  
 δοκοῦν εἶναι· οὐ μακρὸς δὲ διέσχε χρόνος, καὶ ἤρξατο πα-  
 ρουσιῶσθαι ὁ ἄνθρωπος, καὶ κηρύξας ἑαυτὸν πονηρότατον εὐ-  
 5 ρηκεν ἐπὶ πείρα γέρας ὅμοιον, ὡς εἰ καὶ δεινὸς τις κλέπτειν  
 εἶναι ἀνακηρύξας προσληφθεῖη ποθέν. καὶ ἐκεῖθεν ἀρξάμε-  
 νος τοῦ κατὰ βίον ὕψους γίνεται ἐπὶ τοῦ στρατοῦ, καὶ εὐρε-  
 θεὶς ἐπὶ τοῦ Ἀνδρονίκου τοιοῦτος προσλαμβάνεται. καὶ ἡ  
 καθ' ἡμῶν πτερωθεῖσα συμφορὰ αἶρει αὐτὸν ἐπὶ πλεόν ὕψου,  
 10 καὶ εἰς ψυχὴν ἐντήκει φιλίας τῷ Ἀνδρονίῳ, ἵνα πάγχυ κα-  
 κὸς κακὸν ἠγγλάξῃ, καὶ μὴ τὰ κατὰ τοὺς κακοὺς συμφύρη-  
 ται, καὶ ὁ ὅμοιος εἰς τὸν ὅμοιον ἄγεται. καὶ οὕτω φρονη-  
 ματισθεὶς εἰς πλεόν, καὶ οὐκ ἀνασχόμενος εἰ καιρὸν ἄρτι  
 ἔξενρῶν οὐ πτερυξεται, καθά τι δαιμόνιον πρόσωπον, πειρα-  
 15 ται ὑπερβαίνειν αὐτὸς εἰς τὸ κακὸν πάντας τε τοὺς ὡς ἐρρέ-  
 θη τοῦ δήμου προάγοντας καὶ δὴ καὶ ἑαυτὸν. καὶ συλλα-  
 20 βόμενος ὅσοι τῆς καλῆς συγκλήτου βουλῆς παραπτυσθέντες  
 ἐξεβράσθησαν κατ' αὐτὸν, κύμασιν ἐλαυνόμενοι ἃ πνεῦμα  
 πονηρὸν ἠγειρεν (ἦν γὰρ καὶ τις δαιμονοφόρητος λέσχη σύγ-  
 κλητος, ὡς προέκκειται, εὐφυνῶς ἔχουσα κατ' ἐκεῖνον ἄλλο-  
 φρονεῖν), οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰς φαύλας κεφαλὰς τοῦ δή-  
 μου, πρὸς δὲ καὶ τὸν τηλικαῦτα πατριάρχουντα, τὸν καμυ-

## 7. βίον?

ne non solum ipse illico poenas daret, voce eius intus audita et pro  
 contumelia imperatoris habita, sed etiam reprehenderentur et ipsi,  
 quod iram in istum hominem non evomissent. atque haec quidem  
 illi. enimvero debita pro iis, quae commissimus, huic vitae poena haud  
 attigit tum istum hominem: quod per se iam satis magnum fuit:  
 sed non multum temporis interfuit, quum ille proveli coepisset, et,  
 pessimum se esse factus, experimenti causa simile munus nanciscere-  
 tur, ac si quis eximium ad furandum se professus recipiatur ali-  
 cunde in auxilium. hinc igitur exorsus vitae curriculum magnificentius,  
 exercitui praefectus est: atque talis inventus ab Andronico assumitur;  
 evehitque illum immissa nobis miseria ad maiorem semper altitudi-  
 nem, eumque insinuat in animum et amicitiam Andronici, ut malum  
 prorsus malus duceret, neve cum malis boni confunderentur, sed  
 par parem comitaretur. atque ita ad maiora ille adspirans nec iam  
 sustinens, nisi occasionem modo nactus evolaret tanquam numen  
 divinum, nequitia omnes, de quibus monitum est, duces plebis  
 et se ipsum superare conatur. assumpsit igitur, quotquot e summo  
 ordine senatorio resputi et ad eum eiecti erant, undis factati, quas  
 malus excitaverat spiritus (erat quippe etiam a daemone quodam agitata

τηρὸν Βασίλειον, ἄνδρα θερμὸν καὶ οἶον καθομιλεῖν τοὺς καιροὺς ὡς τὸ παρ' αὐτῷ βουλόμενον ἔκρινεν, ἕς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου τῆς φήλης καθαρειότητος γενομένου ἀντεισηῆσαι, ὃν ὁ Ἀνδρόνικος ἤθελε καὶ (ἀνικάμψαι τὴν φράσιν) ὡς τὸν Ἀνδρόνικον ἤθελεν, ἐν μένος οὗτοι πνεόντες καὶ οἶον δι' ἀλλήλων ἤκοντες κατὰ τινα σύντηξιν ἤθους, καὶ ταυτιζόμενοι ταῖς ὧν ἔπραττον αἰρέσεσιν, — οὕτω δὴ οὖν προσειληφώς καὶ τοῦτον ὁ τῶν φαύλων ῥινηλάτης λογοθέτης (τοῦτό τε γὰρ ἐτιμήθη καὶ τὸ σεβαστὸς κληθῆναι, οὐ δῆπου καὶ ὧν τοιοῦτος πρὸς πρᾶγμα), ἤκουσι παρὰ τὸν Ἀνδρόνικον τὴν τυραν-<sup>10</sup> νίδα χοροβατήσαντες, δεινὰ ποιεῖν ἐκείνον λογοποιούντες κοινῇ ὡς ἐν ἐπικλήματος λόγῳ, εἰ τοὺς αὐτῷ πιστευθέντας παρὰ Θεοῦ περιόψεται ὀλομένους, καὶ οὐ μόνον πόλιν ταύτην μεγίστην, ἀλλὰ καὶ ὅσων μερῶν αὐτῇ ἔχεται πρὸς τε ἧλιον ἀνίσχοντα καὶ πρὸς δυσμὰς καὶ ὅσα λοιπά. καὶ ἐσέμνονον μὲν<sup>15</sup> τὸν μικρὸν βασιλέα κατὰ γε τὸ φύσει καλόν, πρὸς δέ γε τὸ παρὸν οὐδὲν ἱερὸν αὐτὸν ἔφρασκον εἶναι, καὶ ἀπεδοκιμαζόν μονούμενον, καὶ προέπιπτον αὐτῷ τῶν ποδῶν οἱ τὴν κολακείαν περιττότεροι πεισθῆναι εἰς βασιλείαν καὶ τῶν αὐτῆς ἡνίων συνεπιδράξασθαι, μὴ καὶ κατὰ μῦθον ὁ νεανίας οὗτος<sup>20</sup> Φαέθων, ἀτέχνως τὸ ἄρμα τῆς ἀρχῆς χειριζόμενος, κακῶς τὸ πᾶν διαθήσεται. ὅτε δὲ καὶ τῶν ποδῶν ἀπαλλαγεῖεν τοῦ Ἀ-

factio senatus, ut diximus, eximie parata ad illius furorem), et vero perdita plebis capita, praeterea qui tum patriarcha erat, nequam Basilium, fervidi ingenii virum et factum ad regenda tempora, sicut ipsi placeret, qui in locum magni Theodosii in beatam coeli puritatem recepti promotus erat, expetitus ab Andronico, et ipse invicem Andronicum expetens, unam illi animam spirantes et quasi conflati ingenii quadam similitudine, et consiliorum communione concordēs, — assumpsit igitur hunc quoque perditorum hominum indagator logotheta (eo enim honore ornatus erat et sebasti nomine, minime eo dignus nomine), adeuntque cuncti Andronicum, imperium quasi choro ducentes, iniurias scilicet minaturi et exprobraturi, si commissos sibi a deo homines perire pateretur, non solum maximam hanc civitatem, sed etiam quae cum ea coniunctae essent regiones ad orientem et occasum, ac reliqua omnia. ac venerabantur quidem imperatorem puerum pro dignitate generis, sed ad praesens tempus nihil eum sacrosanctum esse dicebant, reiciebantque eum, si ita solus relinqueretur, et procumbebant ad Andronici pedes adulationis periti rogantesque, ut una cum illo regnum susciperet et habenas capesseret imperii, ne adolescens iste Phaethon, ut in fabula est, currum imperii regere conatus, misere omnia everteret. deinde autem quum a pedibus

δρονίκου ὀρθούμενοι, αἱ χεῖρες αὐτοῖς ὡς εἰς θεὸν ἀντει-  
 νονται καὶ ἐθεοκλήτουν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. ὁ δὲ κατορθούμενον  
 ἤδη βλέπων τὸ ἐφεστὸν, ἔνδον μὲν οἷα ἔπασχεν ἄν, καὶ ὡς  
 ἔχαιρεν ἀμύθητα, τίς οὐκ ἂν τεκμήριαιτο; τὰ μέντοι ἐκτός  
 5 ἄλλως ἔχρωζεν ἑαυτὸν, καὶ ἐδόκει μὴ ἂν φέρειν μηδὲ ζῆν,  
 εἰ τοιαῦτα ἀκούοι καὶ ὡς εἰς ἀπιστίαν γυμνάζοιτο. καὶ τίς  
 ἐγώ, ἔλεγε, καὶ πῶς ἂν δυναίμην; καὶ ὡς φευξοῦμαι, καὶ ὡς  
 μεταστήσω τοῦ βιοῦν ἔμαυτὸν, εἰ μὴ ἀφίεμαι. καὶ ἐρράπι-  
 ζεν ἑαυτὸν καὶ ταῖς θριξίν ἐνύβριζε καὶ πολλαχοῦ εἰλεῖτο,  
 10 δοκῶν μὲν ἐθέλειν διέκδυσιν ὡς εἰς φυγὴν, διδούς δὲ ἄλλως  
 τόπον χαρᾶ καὶ γέλωτι λεληθότως ἐν τῷ στρέφειν ὥδε καὶ  
 ἐκεῖ τὸ πρόσωπον, ὁποῖος ἐκεῖνος, τὸ περιπόνηρον.

Ὡς δὲ τὴν σκηπὴν ταύτην συμπήξασθαι τεχνασάμενος  
 ἀσφαλέστερον προσεποιήσατο πλασάμενος καὶ τοῦ ὑπερφύου  
 15 γενέσθαι, εἴ πως οὕτω φαντάσει τοὺς πολλούς, ὡς ὑπερθέ-  
 μενος τὴν ἐνσοτηκυῖαν ὥραν φευξέεται μετ' αὐτὴν καὶ ἀπαλ-  
 λαγήσεται τοῦ ὄχλοκοπεῖσθαι, οἱ κόλακες ἐντεινόμενοι τὴν  
 ἁρμονίαν τοῦ λήρου εἰς ὅσον πλέον οὐκ ἦν, φωνάς τε ἤραν  
 καὶ φυλακὰς ἐπέταττον καὶ συντηρήσεις τῶν ἐκεῖ διεξόδων,  
 20 καὶ διηποροῦντο τί ἂν καὶ γένοιτο. καὶ ὁ πατριάρχης ἐπι-  
 λυόμενος αὐτοῖς τὸ ἄπορον, ὡς ἡμεῖς καὶ τότε μανθάνοντες  
 ἐγελῶμεν καὶ νῦν δὲ ἔτι γελῶμεν, παρωδοῦντες ἕκαστος ἑαν-

Andronici assurrexissent, manus tanquam ad deum protendebant, opem-  
 que implorabant pari consilio. ille vero quum iam adesse sibi, quod  
 petebat, videret, intus quae senserit et quantopere gavisus sit, quis  
 non suspicetur? speciem tamen diversam induebat, videbaturque ipsam  
 adeo vitam aegre ferre, si talia audiret et incredibili scilicet modo  
 exerceretur: quis ego, inquiebat, et quomodo istud possim! fugere  
 malim et vitam deponere, nisi dimittar. ac plangebatur et crines  
 scindebat et varie se iactabat, fugam se quaerere simulans, sed gau-  
 dio intus et laetitia exsultans, dum huc illuc, qua erat versutia, ocu-  
 los vertit execrandos.

Quum autem, tabernaculum illud quo firmiter constitueret, in  
 superiore aedium partem se evadere simulasset, si forte ita falle-  
 ret plebem, acsi praestolatus, dum effluxisset, quae instabat, hora,  
 deinde effugere vellet vexationes plebis, adultores vehementiore vo-  
 ciferationis concentu, ut nihil posset supra, vires intendebant, vi-  
 gilias custodesque disponebant in aedium portis, atque solliciti sci-  
 licet exspectabant, quid futurum esset. qua illos difficultate patriar-  
 cha exsolvit, ut res et tunc nobis audita risui fuerit et risui sit ho-  
 die, dum omnes sibi accinunt ridiculi "lude, lude in miseria." quippe  
 se ipsum dixit compedes manicasque et collare et alia id genus pa-

τῷ κομικώτερον τὸ “παῖς παῖς ἐπὶ συμφοραῖς,” αὐτὸς ἔφη καὶ ποδοκάκην καὶ χειροπέδας καὶ κλοιὸν περιτραχήλιον καὶ ὅσα τοιαῦτα μηχανήσασθαι τῷ Κομνηνῷ, δι’ ὧν κατέχοιτο ἄν. εἶπεν ἐκεῖνος ταῦτα, καὶ οἱ πολλοὶ ἀφειώρων πρὸς ἐπίνοιάν τινος χαλκεύματος καὶ “πῶς ἔσται ταῦτα;” ἔλεγον. ὁ δ’ ἐν-5  
 ὄνυς πλαγιάσας τὸ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα, καὶ τὴν δεξιὰν ἐν-  
 θείσας εἰς ἀέριον σταυρικὸν χάραγμα, κατακροτεῖ δεσμούς  
 τοὺς ἀρέσαντας, καὶ ἀμφιβαλὼν ἱεραρχικῶς ἐπέχει τὸν Ἀν-  
 δρόνικον, καὶ ἀφορίζει ὅποι εὖρε μένοντα, καὶ κατασκήπτει  
 μὴ ἂν ἀφίεναι τὴν πόλιν καὶ ἄλλην τραπήναι. ὁ δὲ ὡς 10  
 ἀβούλητα δῆθεν παθῶν καταβοᾶται τοῦ πατριάρχου οἷα οὕ-  
 τω καταδήσαντος τὸν τρέχειν ἔτοιμον· καὶ “ὦμοι” φησί, “τί  
 ποιεῖς, δέσποτα;” καὶ συχνὰ τοῦτο λογοκοπήσας ἄνεισιν ὑψοῦ  
 στενάζων ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κικῶ. καὶ ὁ πατριάρχης ὑπειπὼν  
 τὰ δοκοῦντα ἤσύχαζε. 15

Καὶ τοῦ λοιποῦ, ἵνα μὴ τὴν κοσμικὴν ἀηδίαν ἀδολεσχῶ,  
 γίνεται τῶν κακῶν δρόμος εἰς τὸν περιδοξὸν ναὸν τοῦ σω-  
 τῆρος Χριστοῦ τοῦ χαλκίτου, καὶ εὐφημία τοῦ Ἀνδρονίκου  
 ἄκοντος εἰς βασιλέα, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ καὶ ἐκεῖνος εἶποιεν·  
 εἶτα καὶ βία εἰς ἐκεῖνον, ὡς καὶ μὴ ἐθέλων ἀρχηγὸς ἡμῶν 20  
 γενοῦ, καὶ περιθέσις παρασῆμων τῇ βασιλείᾳ πεδύλων, ἐκεί-  
 νου μὴ καθιστῶντος τοὺς πόδας, καὶ περιδύσις διαδήματος  
 καὶ ῥῆψις μὲν καπνικοῦ καλύμματος τοῦ περὶ κεφαλὴν, ὅπερ  
 Λαζῶθεν εἶχε τὴν ἀφορμὴν εἰς σύμβολον ὧν ἔμελλε καπνῆ

rata habere ad retinendum Comnenum. quibus auditis, expectabant illi  
 vincendi consilium, rogabantque, quid tandem istud foret. ille au-  
 tem, mitra illico capiti transverse imposita, et dextra ad crucis aerae  
 signum mota, quassat vincula exoptata et Andronico iniicit, cohibetque  
 eum potestate patriarchali, et includit finibus iis, intra quos eum  
 reperit, obstringitque, ne urbe excedat aliove vertatur. Andronicus  
 autem, quasi ingrata scilicet patiens, increpat patriarcham, quod ita  
 constrinxerit ad fugam paratum, atque “eheu, inquit, quid agis, do-  
 mine?” multumque repetitis his verbis, ascendit in aedes superiores,  
 ingemiscens tanquam in magna calamitate. patriarcha hortatus, quae  
 ipsi viderentur, acquievit.

Mox autem, ne calamitatem terrestrem longe persequar, perdi-  
 torum hominum concursus ad templum praeclarum Christi salvatoris  
 aenei fit, salutaturque Andronicus imperator invitus, ut ipse et isti  
 homines dicturi sint; deinde etiam vis adhibetur, ac si nollet ipso-  
 rum dux esse, et induuntur imperii insigne calceamenta, ipso detre-  
 ctante pedes, et diadema imponitur iniiciturque pileus fumidus, qui

φῆραι, κατεμπρήσας τὸ πᾶν, ἀντιφόρησις δὲ ἐρυθροῦ, αἰνι-  
τομένη ὄσων κεφαλῶν καταψηφιεῖσθαι μέλλει αἵματα. καὶ  
συγκάθεται τὸ ἐντεῦθεν τῷ βασιλεῖ Ἀλεξίῳ, καὶ προκάθεται  
(ὑπερέκειτο γὰρ αὐθωρὸν ἐκείνου τὸ ἀπὸ τοῦδ᾽), καὶ συντι-  
5 μᾶ οὓς αὐτὸς ἐπέκρινε, καὶ προβάλλεται ἐρχάς, ἐξ αὐτῶν  
βαλβίδων τὸ τῆς κατ' αὐτὸν βασιλείας ἄρμα πρόσθεν βαλῶν.  
καὶ τὸ μέγα κακὸν τῷ μικρῷ καλῷ συγκίρνεται.

Βραχὺς ὁ ἐν μέσῳ χρόνος, καὶ περιγίνεται· καὶ ὡς ἂν  
μὴ θρήνου μεγάλου ἔξαρχος καθισταίμην τοῖς φιλαλεξίσις εἴτ' 280  
10 οὖν φιλοβασιεῦσι, λεπτοτομῶν παχεῖαν σκυθρωπότητα, ἐκ  
ποδῶν ἀπάγει τὸν συμβασιλέα. καὶ τοῦ ζυγοῦ τὸν Ἀλέξιον  
ἐκινᾷσας, εἴτε πνιγμῷ τῷ δι' ἀγχόνης, ὡς διαρρέει λόγος ὁ  
πλείων, εἴτε καὶ ἄλλως, ὡς ἐκεῖνος οἶδε καὶ οἱ συγκακοῦργοι,  
ἀντεμβάλλει τὸν υἱὸν Ἰωάννην, τὸν τοῦ Μανουὴλ ὑστερον,  
15 οὗχ' ὅτι καλλίων ἦν, ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν Μανουὴλ ἀπεστύγει τὰ  
τοῦ πατρὸς καὶ πῶς ἔβλεπεν εἰς τὸ μέλλον καὶ τὸν θεὸν ἐπί-  
στροφον εἶναι τῶν γινομένων κακῶν ὑπελάλει, ὁ δὲ Ἰωάννης  
ἕστεργε καὶ τοῖς πλημμελουμένοις ἔχαιρε συνεφαπτόμενος.

Ἄ δὲ τὸ ἐντεῦθεν ὁ Ἀνδρόνικος — οὐ λέγω ἡμαρτεν ἢ  
20 ἐπλημμέλησεν (ἄλλως γὰρ οἱ θερμότεροι ὀνομάσαιεν ἄν),  
γλώττης δεῖται νεανικῆς φράζειν, καὶ πρὸ αὐτῆς λογισμοῦ  
βαθέος καὶ οἴου εὐστοχα βάλλειν καθ' ὧν ἂν ἐπιβαλεῖ· ἄπερ

e Lazis repetitus et quasi imago quaedam erat eorum, quae ille, re-  
bus omnibus igne deletis, fumo turpaturus esset, et praefertur pur-  
pureus, quo significabatur, quot capitum postulaturus esset sangui-  
nem. assidet deinde imperatori, ac praesidet (supereminet enim de-  
hinc illico eum), promovetque, quos ipsi placet, ac proterit magi-  
stratus, inde ab initio imperii sui curram vehementius agens; ac  
miscentur magna mala bonis exiguis.

Brevi interiecto tempore, superior evasit. ne autem magnae la-  
mentationis dux existam Alexii sive imperatoris amicis, in parvas par-  
ticulas dissecanda truculentia: e medio tollit imperii socium. excusso  
igitur Alexio, sive fune et strangulatione, quae vulgaris fama est, sive  
alio modo, id quod ipse et facinoris socii noverunt, in locum eius  
substituit Ioannem filium, qui Manuele minor erat, non quod prae-  
staret, sed quia Manuel aversabatur facinora patris et animo prospici-  
ebat futura, deumque malorum, quae fierent, vindicem fore susur-  
rabat, Ioannes autem venerabatur patrem et ultro iuvabat prava eius  
cōnsilia.

Quae vero deinde Andronicus — non dico peccaverit aut com-  
miserit (alio enim nomine appellaverint vehementiores), lingua iuve-  
nili opus est, ut narretur, et vero ingenio subtili et quod feriat

ἡμεῖς ἀπολωλεκότες τῷ γήρῳ τοσοῦτόν φαμεν ἐπιτέμνοντες, ὅτι, ὅποιά τις Δανὺδ μεμελετηκῶς ἀπεκβῆναι ἔν γε τῷ κατὰ τὸν Οὐρίαν καὶ τὴν γαμετὴν, τὸν μὲν ἄνδρα βασιλέα τὸν Ἀλέξιον προϊάπτει κάτω, παραστείλας τοῦ ζῆν, εἶτα καὶ βυθῷ θαλάσσης πιστεύσας καθά τινές φασιν, ὡς οὐκ ἂν ἐγὼ ἄνακρῖναιμι, καθάπαξ ἀπεστυγηκῶς τὴν φαύλην ταύτην περὶστασιν. καὶ ἐκεῖνος μὲν οὕτω τὸν παῖδα βασιλέα συνέστειλεν, εἰ καὶ λόγοι τινές ὕστερον ζῶν ἑκείνου κατεμνύσαντο· εἰς ὃ παιζῶν ὁ Ἀνδρόνικος ἐξελάλησέ τι δριμύ, ὃς ἀκούσας περὶ πού τὰ κατὰ Σικελίαν τημελεῖσθαι τὸν Ἀλέξιον βασιλι-<sup>10</sup> κῶς, ἠδὲ γελάσας “ἦ δὴ” ἔφη “ἄριστος κολουβητής, εἶπερ ἐν Κωνσταντινουπόλει κατακυβιστήσας εἰς βαθεῖαν θάλασσαν ἀπνευστί διεξέδν περὶ τὸν ἐκεῖσε πορθμόν.” ἀποικίας δὲ οὕτω τὸν ἄνδρα Ἀλέξιον, εἰσοικίζεται τὴν αὐτῷ μνηστῆν, ὃ καὶ ἐκείνου κακοῦ, νεάνιδα θυγατέρα τοῦ τῆς Φραγγίας ῥή-<sup>15</sup> γός, ὀκνοῦσαν μὲν, ὡς περιάδεται, τὴν συναφῆν. ἦδη γὰρ καὶ φρενῶν ὑπεπίμπματο, καὶ πεπειραμένη δὲ ἄλλως λειότητος ἔραστοῦ τὸν τραχὺν ἀπέστειργε. καὶ ποτε, φασί, καθ’ ὕπνου φαντασασμένη τὸν νεανίαν καὶ ὃ Ἀλέξις ἀνακράζασα, οἷα ἔπαθεν, οἶδεν αὐτή.

Καὶ ἦν μὲν ἴσως μέτριος τὴν κακίαν, εἶπερ ἐνταῦθα ἐλθῶν ἀδικήματος ἔληξε καὶ ἐστράφη πρὸς τὸν ἀληθῶς ἄν-

5. ὡς] οὐς?

scopum, quem petit: quae quum nos amiserimus senectute, hoc tantum strictim dico, eum quasi alterum fieri Davidem voluisse in eo, quod ille adversus Uriam et uxorem eius fecit, siquidem virum imperatorem Alexium pessumdat, prius vita privatum et deinde in mare demersum, ut quidam dicunt, ego autem diiudicare nohim, prorsus abominans rem eam detestabilem. ergo ille puerum imperatorem oppressit, etiamsi rumores quidam postea eiusdem vitam ementiebantur: ad quam famam acerbe dicto quondam lusit Andronicus, qui, quum audisset, regio honore alicubi in Sicilia haberi Alexium, subridens “egregius profecto, inquit, urinator ille est, si quidem Cpoli in mare demersus, non spiravit, dum emergeret in illo portu.” itaque e medio sublato viro Alexio, in matrimonium ducit, eheu novam nequitiam, sponsam eius, filiam adolescentem regis Francorum, pertimescentem, ut ferunt, id coniugium. etenim sapere illa iam coeperat, atque gustato suavi amico aversabatur asperum. et quondam, ut ferunt, quum per somnum adolescentem vidisset, et, o Alexi, exclamasset, quae passa sit, ipsa novit.

Ac fuisset fortasse modicus in nequitia, si eo progressus iniuriarum destitisset, et redisset ad humanitatem, pravis facinoribus ad im-



θρωπον, ἀδικήσας εἰς βασιλείαν καὶ μεγάλου τυχῶν πρῶγμα-  
 τος. ὁ δ' ἀλλὰ πρὸς δεινὸν μέγα μεταπλασθεὶς τῇ θηριωδίᾳ  
 τὸ κατὰ πάντων φοβερὸν πραγματεύεται, καὶ ἀφίησι μὲν πα-  
 τῆρ ὡς ἥπιος εἶναι, ἀνθαιρεῖται δὲ μαίνεσθαι οὐκέτ' ἀνεκτῶς.  
 5 καὶ ὡς εἶπερ μικρὰ ἐποίει κακά, ὅτε πρόφασιν εἶχε τὴν τοῦ  
 βασιλέως Ἀλεξίου περιποίησιν, πολλαπλασιάζει τὰ ὑπὲρ ἑαυ-  
 τοῦ καὶ τοῦ παιδὸς Ἰωάννου, καὶ εἰς οὕτως ἄποπτον ἐκκορυ-  
 φοῦ τὸν τῆς μανίας κολωνὸν ὡς καὶ τὸν Ἰωάννην ἀναβλέψαν-  
 τὰ ποτε παθεῖν ἴλιγγον. καὶ τοίνυν καὶ ἀνεκάλυψε ποτε τῷ  
 10 πατρὶ καὶ ἐκεῖνος τὸ κατὰ ψυχὴν πάθος, καὶ ἔδειξε φόβον  
 ἔχειν εἰς τὸ μέλλον ἐφ' οἷς ὁ πατὴρ ἄρτι θρασύνεται. καὶ  
 ὑποκλαίει μὲν μαλθακώτερον, οὐκ ἀποκναίει δὲ τὸν πατέρα  
 τοῦ ἐν κακοῖς ἀνδριζέσθαι καὶ δεινὰ βούλεσθαι. διὸ καὶ  
 προαναφωνῶν τὸ καλὸν ἐκεῖνος βούλευμα γυναικῆς τε τοῦς  
 15 υἱοὺς προσέφη, ἐπιπλέξας ἐνταῦθα καὶ τὸν Μανουὴλ, καὶ  
 ἐπαυῖται, μὴ ἂν εἰς ἄξιον ἐλθεῖν τοῦ ἡσυχῆ ζήσειν, μεγα-  
 λείους μόνους ἐκεῖνους ἔσομένους, ἐπὰν ὁ πατὴρ θάνοι. καὶ  
 κομπάζει μακελλαρίους (εἶπεῖν κατ' ἐκεῖνον) καὶ μάγγιπας καὶ  
 μύρων ἐψητὰς μέλλειν ἀφήσειν περιεῖναι, καὶ τοιοῦσδε τινάς,  
 20 ὧν αὐτοὶ ἄρξοντες ὕστερον εἰκῆ ἄρτι δειλαίνονται, μεγάλα  
 σεμνύνων ἐκεῖνος τὴν βασιλείαν τοῖς παισίν. εἰ οὕτω μικρο-  
 βασιλεῖς ἀποβήσονται, ὅμοιον ὡς εἰ καὶ Γιγάντων ἀποστε-  
 ρῶν ἐθέλοι παραμυθεῖσθαι οἷς Πυγμαίων ἄρξειν αὐτοὺς  
 ὑπόσχοιτο.

perium grassatus et magni voti compos factus. enimvero in monstrum  
 terribile mutatus ferocia, adversus omnes horrenda parat, nec cogitat  
 de Homericis illa lenitate paterna, sed induit pro ea saevitiam non iam  
 tolerabilem. itaque, quasi parum mali fecisset, quum praetendebat  
 imperatoris Alexii salutem, multiplicat iam, quae sua et Ioannis filii  
 causa molitur, facinora, et ad eam altitudinem exstruit furoris molem,  
 ut ipse etiam Ioannes quondam vertigine correptus sit. aperuit igitur  
 ille patri animi aegritudinem, seque de futuro sollicitum esse si-  
 gnificavit propter ea, quae pater auferet. lacrimas fundit mollius,  
 nec cohibet patrem a pravis inceptis et exitiosa audacia. quin imo,  
 pulcrum ille aperiens consilium, et feminas filios appellat, Maquelem  
 quoque hic tangens, et cum imprecatione adseverat, non esse, quod  
 tranquille viveret, sed magnificos solos illos fore, postquam ipse  
 mortuus foret: gloriaturque, laniatores se et pistores et unguentorum  
 coquos aliosque id genus relinquere velle, quibus illi postea impe-  
 raturi temere inertiae se darent, iactans imperium filiis, quo tam exi-  
 guae dignitatis forent, plane ita, acsi gigantibus privatos consolari  
 vellet pollicendo, Pygmaeis eos imperaturos.

Γίνεται οὖν ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ πλέον ἀπάνθρωπος, τὸν  
 θῆρα μετενδυσάμενος. καὶ οἷα μὴ ἀρκοῦν αὐτῷ στερεῶσαι  
 βασιλείαν, εἰ τοσοῦτους καὶ τοιούτους λογάδας τοὺς μὲν ἀπὴ-  
 γαγεν εἰς τοὺς πλείονας τοὺς δ' ἄλλως ἐκ μέσου ἔστησε, προσ-  
 επικαταβάλλει καὶ ἄλλους μυρίους ὄσους, μάρπτων ἐξείης,<sup>5</sup>  
 οὐ κατὰ αἰτίαν οὕσαν, ἀλλ' ὁποίας πλάσσειτ' ἂν κατὰ ζώ-  
 των ἄνθρωπος αὐτὸς μόνος ἐφιέμενος ζῆν διὰ τὸ φύσει κα-  
 χύποτον, ὃ παγίως αὐτῷ ἐνεργίζωτο οἷς αὐτῇ ἀεὶ ἐδολίου  
 κατὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ· ὅθεν ᾤετο πάντας βασιλεῖς κατ' αὐτόν.  
 καὶ οὐ λέγω τὸ πλήθος τῶν πεπονθότων· οὐ προσάπτομαι<sup>10</sup>  
 τῆς ποιότητος· οὐκ ἐκτίθεμαι τὰ κατ' ἐκείνων συμπλάσματα  
 οὐ περιηγοῦμαι τρόπους ἢ τόπους καδ' οὐς καὶ ἔπως πε-  
 ρανθεῖν τὸ κακόν, οὐκ ἄλλο τοιοῦτον οὐδέν, μὴ καὶ ἀηδίας  
 ἀναταράξω βόρβορον. ἐκεῖνο μόνον λέγω, ὡς ἤρριστευεν ἀλ-  
 θεῶν ἐπὶ τῇ πρὸς τοὺς υἱοὺς ὑποσχέσει· οὐ πολλοῦ γὰρ<sup>15</sup>  
 ἐνέλιπε ψιλῶσαι ἀνθρώπων ἐπιδόξων τὴν μεγαλόπολιν. καὶ  
 οὕτω μὲν κατὰ πάντων αὐτός· ἦσαν δὲ οὐδ' οἱ πάντες ἀπει-  
 κότες ἐκείνου πρὸς γε τὸ μῖσος. μισοῦμενοι γὰρ ἐφιλιτι-  
 μοῦντο ἀντιμισεῖν, οὐκ εὐαγγελικῶς μὲν, κατὰ βασιλικὸν δὲ<sup>20</sup>  
 ἐκεῖνο παράδειγμα. καὶ συλλεγόντες τῇ ἀμύνη πρὸς τι ἐν  
 δρῶν ἤθελον καὶ ἀντιλυπεῖν τὸν κατάρξαντα. ἦσαν δὲ ἐν  
 τοῖς δρῶσι πρὸς ἄμυναν, ὅτι καὶ ἐν τοῖς παθοῦσι, καὶ οἱ τῆς

## 8. αὐτῇ] αὐτός?

Fit deinde homo ille in dies immanior, bestiae induens natu-  
 ram. quasi autem satis non firmasset imperium tot talesque viros  
 eximios partim ad inferos amandando, partim amovendo alio, ad-  
 iecit etiam alios innumerabiles, temere comprehensos, non propter  
 verum aliquod crimen, sed affingens, quae ficturus esset adversus vi-  
 vos, qui solus vivere vellet propter insitam quandam a natura sus-  
 picionem, quae illi infixae haerebat propter ea, quae ipse semper  
 molitus erat adversus priores: unde omnes post ipsum imperaturos  
 suspicabatur. non dicam multitudinem eorum, qui supplicium subie-  
 runt; non attingam virtutes; non exponam ficta in eos crimina; non  
 explicabo modos locosve, quibus facinus patratum est, nec alia id  
 genus, ne eruendo coeno taedium moveam: hoc tantum dico, prae-  
 clare eum stetisse iis, quae filiis promiserat. etenim non multum  
 abfuit, quin a viris illustribus vacuam urbem faceret. ergo talis ille  
 adversus omnes erat: nec vero hi dissimiles odio. namque odio  
 habiti ambitiose ipsi invicem odio habebant, non ex evangelio  
 quidem, sed ad exemplum imperatorium. itaque coniunctis ad de-  
 fensionem viribus, quo unum aliquid agerent, etiam vexare vicissim  
 eum, qui coeperat vexare, volebant. erant autem in iis, qui agebant,

*Ἄγαρ.* τὰ γὰρ κατὰ Νικαίων πάθη, καὶ ὅσα οἱ Προυσαεῖς ἔιλησαν, ἤψαντο καὶ ἐκείνης καὶ εἰς πολὺ ἐχθρίστην ἡμῖν ἐνέγραψαν· πολλοὺς γὰρ καὶ τῶν αὐτῆς ἐπιλέγδην ἢ Νίκαια, 281 καὶ δὲ καὶ ἡ Προύσα μετὰ πολύπονον ἄλωσιν μετεωρισθέντας εἶδον, ὅθεν ἔστι καταβῆναι εἰς Αἶδην καὶ ταχὺ καὶ οὐκίσιστα.

Καὶ οἷα μὲν ἐντεῦθεν οἱ ἀνατολικοὶ ἔπαθον, εἰς μνήμην, εἰ καὶ μὴ μετ' ἐγκωμίων τοῦ Ἀνδρονίκου, συγγραφέσθω ἕτερος, ἐχειρίαν τε ἄγων ἰκανήν, ἀλλὰ καὶ δακρύοις πλουτῶν· ἡμᾶς 10 γὰρ ἐπέλιπον καὶ αὐτά. ἡμῖν δὲ οἷα ἐκείθεν συνέπεσον, καὶ ὡς ἡ τοῦ Ἀνδρονίκου, ὁμαλῶς λέξαι, οὐ προσήγεια καθίκετο καὶ ἡμῶν ὀλεθρία, φράσεων ἔρχομαι, οὐ πρὸς εὐρυλογίαν οὐδ' αὐτά, μὴ καὶ πλατὺ μάλα βιβλιογραφῆσειν ἀνάγκην εὐρήσω, ἀλλ' ὡς πρὸς ἐσκιαγραφημένην τῶν πεπραγμένων 15 ὑπέδειξιν.

Οἱ βλαβέντες ἐκεῖνοι, οἱ πολλοί, οἱ ποικίλοι, οἱ πολὺ-γλωσσοι, διασπαρέντες ἄλλοι ἄλλοθεν, εἴ τις φρήτηρ ἐκ Πίσσης, εἴ τις ἀπὸ Γενούης, τὸ τῶν Τούσκων φῦλον καὶ τι Λαμπαρδικόν· οὐκ ἀπελίπετο δὲ οὐδὲ τὸ ἐκ Λογγιβάρδων βλα- 20 βέν, οὐδ' ὅσα ἄλλα· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τῶν εὐγενείας ἐπιτεταγμένων, Μαλεινος δὲ τις καὶ Δαλασηνὸς καὶ Κλάδων καὶ τινες τοιοῦτοι τῶν τῆς ὑφειμένης, πρὸς δὲ καὶ θεραπευ-

## 21. δέ] τέ?

quo se defenderent, ut in iis, qui passi erant, etiam Agaris posteri. etenim Nicaeensium et Prusensium calamitates ad illos quoque pertinuerunt, eosque inimicissimos nobis fecerunt. namque multos ex ea quoque gente selectos Nicaea, quin imo Prusa quoque, post luctuosam expugnationem suspensos vidit, unde citus et miserabilis ad Orcum descensus est.

Quae tum orientales passi sint, ad memoriam posterorum licet, si minus ad laudem Andronici, componat alius, qui et otio et lacrimis abundaverit. etenim nos quidem illae quoque defecerunt. quae autem nobis deinde contigerint, et quomodo Andronici, ut modeste dicam, haud magna benevolentia nobis quoque exstiterit exitiosa, equidem narraturus sum, sed ne haec quidem copiosius, ne fusc scribendi mihi oriatur necessitas, sed quantum satis sit ad adumbrandam rerum gestarum historiam.

Afflicti illi homines, frequentes, varii, multarum linguarum, alii aliunde congregati, pars Pisa, pars Genua advecti, Tusca gens et Lampardica, nec non e Longobardis qui afflicti erant, et quotquot alii, quin etiam minoris dignitatis nobiles, Malenus quidam et Dalasenus atque Cladon, aliique id genus inferiores, ad hos princi-

 alium murum nostri excitare conati et opus iam aggressi, deterriti  
 sunt. metuebant enim operae saxa trans murum evolantia, haud som-  
 niantes illi inanem Tantali speciem, sed perniciem ante ocu-  
 los cernentes. atque accidit tum ridiculum quiddam, si licet dulcia  
 amaris miscere et interponere historiae, ne calamitatem postquam  
 qui cognoscat, nimis doleat. erat secretum urbanum novi muri ex-  
 structio; sed temeritate quidam abreptus clamavit hostibus, stolidos

ἡμᾶς, καὶ οὐδὲ νυκτὸς βέλη ἀνιέντες διὰ τῆς μεγίστης μηχανῆς· καθ' ἧς ἡμεῖς λαλήσαντες ὡς δεινῆς, εἴ πως ἀποκρουσθεῖν μηχανικῶς τοῦ καθ' ἡμᾶς τείνεσθαι, ἐσοφίσθημεν εἰς μάθησιν ἐξ ἀγαθῆς κεφαλῆς, ἀκούσαντες ὡς πόλις ἐκ τοιαύτης πέτρας οὐ βλάπτεται. τί δέ; ἀλλ' ὠφελεῖται, ὡ σοφέ, μηχανὰς ἐξουθενοῦν. ἀλλὰ συνίσταται. οὐκ οὐν πάντως; οὐκ οὐν τὸ ἀνάπαλιν, εἴγε καὶ καταρρίπτεται οὕτω τὰ ἐρυμνότατα. εἴπομεν ἡμεῖς οὕτω, καὶ ὁ λόγος εἰκῆ ἀπέρρευσσε καὶ αὐτός.

10 Καὶ ἐλύπουν μὲν τὴν πόλιν καὶ τὰ μικρὰ πετροβόλα, 292 οὕτω δεξιῶς βάλλοντα ὡς καὶ τοὺς μοδίους, οἱ πλοίων οἰστοὶς ἐνδεδεμένοι μετέωροι ἔκρυπτον ἔνδον ἄνδρας εἰωθότας ἐκείθεν καταπέμπειν τὰ βλάπτοντα, συνεχῶς εὐσκόπα βάλλειν καὶ κατακλᾶν, καὶ ἀγῶνα παρέχειν τοῖς μαχηταῖς ἐκείθεν διεκχεῖ-  
15 σθαι κάτω καὶ περισώζεσθαι. ἦσαν δὲ τὰ τοιαῦτα ὡσεὶ καὶ βέλη νηπίων πρὸς τὴν μητέρα μεγάλην μηχανὴν παραβαλλόμενα, εἴ τι χρῆ ἐκ τοῦ σοφοῦ στρατηγοῦ πορίσασθαι τι νόημα, ὃς τοὺς ἐκείθεν ἐπαφιεμένους λίθους τεθηγῶς τοῦ κτύπου "ἄκουε τὴν γραῖαν" ἔλεγεν, ἀπαθῆς οὕτω τι καὶ μέ-  
20 τριος ὢν, καὶ τὴν θρηψαμένην ματᾶν οἶμαι φαντάζεσθαι δοκῶν παθαινομένην ἐπ' αὐτῷ καὶ κλαίουσαν. λακωνίζων δὲ καὶ ἄλλως ἐκείνος τὴν φράσιν, ὡς ἐν μεταποιήσει κάμνει ἡ

illos nequidquam murum subruere, quum intus alius exurgeret. quae verba rursus calamitatem nostram auxerunt. nam quum rara adhuc saxa in murum contorsissent obsidentes, hinc iam crebra torquebant, nec interdiu tantum nos vexabant, sed ne noctu quidem iaculari cessabant e machina illa ingenti: contra quam quum nos ut exiliosam disputaremus, si forte impediri posset, quominus adversus nos tenderetur, edocti ab ingenioso homine didicimus, urbem tali saxo nihil laedi. quid igitur? conducit certe, o bone, machinas evertere; conducit hercle. annon conducit, quando deliiciuntur etiam firmissima? disputavimus nos ita, atque incassum abiit oratio nostra.

Laedebant urbem etiam minora machinamenta, quae ita accurate iaculabantur, ut etiam dolia, quae navium malis sublimia alligata viros inclusos habebant, inde tela conicere solitos, continuo ferirent et confrangerent, et molestiam exhiberent militibus, ut inde illi delabi et vitam servare festinarent. erant autem quasi tela infantium, si compararentur cum matre illa, magna machina, si licet aliquid mutuari a duce sapiente, qui demissa inde saxa et fragorem admiratus "audi" inquit "anum," ita quietem agens et torpens quodammodo, et matrem, puto, a qua nutritus erat, sibi apparere ratus, quientem de se et lacrimantem. Laconico sermonis genere etiam alioquin uti solitus, idem quondam anum in mutatione laborare voce

γραῖα, πάλιν ἐμογγιλάει. ἀπεφοίβαζε δὲ ἄρα ὁ λόγος οὗτος κατὰ τι Πυθωνικὸν ὡς ἡ πρεσβυτάτη Θεσσαλονίκη πρὸς εἰδωλα καμώντων οἴχεται, καθὰ καὶ πάλαι ποτέ, ὡς ἐξ ἱστορίας καθήκει καὶ εἰς ἡμᾶς. καὶ ἦσαν οἱ λίθοι ἀκριβῶς ἀνδραχθεῖς, ὁποίους κατὰ τῶν ἀμφὶ τὸν Ὀδυσσεύα οἱ Λαιστρυ-5 γόνες διεχειρίζοντο.

Τοῦ τοίνυν κακοῦ κάτω μὲν ἀναστομοῦντος εἰς ἀξιόλογον χάσμα τὴν τοῦ τείχους στεγανότητι, ἄνω δὲ τοιούτοις λίθοις εἰς τρόμον βιαζομένου, ὀκλάζει τὸ καὶ τοὺς πόδας καὶ τὰ ὑπερθεν παθὸν καὶ πως ἐπὶ γόνυ συνιζάνει, τὰ γε πρῶτα 10 ἐνμηχάνως συνεσθηκός, ἕως οἱ μὲν ὑπορύττοντες τὸν κατ' αὐτοὺς ἄεθλον διηνηκότες ἀποκατέστησαν ταῖς τῶν συμβαζβάρων σκηναῖς, τὰ δὲ ὑποβεβλημένα εἰς ἔρεισμα τῆ διορυγῆ καιεκάη ὡς δοῦναι τόπον ἐντεῦθεν τῆ κατακύνει τοῦ τείχους. οὐπερ οὕτως ὑποκλιθέντος εἰς πλαγιασμὸν συμβαίνει 15 τὸ ἐκείνου ἄκρον διαιρεθῆναι ἄνωθεν ἕως καὶ κάτω, ἔνθα πως ἐγλωχινόυτο γωνιούμενον, καὶ διαχανεῖν εἰς ἡμέτερον ὄλεθρον. τοῦ γὰρ συνδετικοῦ παραλυθέντος εἰρμού ἔσχιστο ἐξ ἀνάγκης, ὅτι μηδὲ εἶχεν ἡ ἐχομένη πλευρὰ ἐγκαθεστῶτι ἡρμόσθαι, τῆς ἐκ πλαγίων ὑπενδούσης κατὰ βάρος, ἀλλ' ἐκ-20 πέμψασά τι ἑαυτῆς ἀφῆκεν ἐπακολουθεῖν κατακλιθεῖσθαι τῆ γείτονι· καὶ οὕτω χάσμημα καθ' ἡμῶν Ἰδίου εὐρυνθὲν κατέπακεν εἰς χάος ἀτρύγετον.

Ἦν δὲ ὁ τόπος οὗτος πύργος Χαμαιδράκοντος ἐπικλη-

rauca clamavit. quae verba quasi vaticinabantur modo Pythio, Thessalonicam, urbem vetustissimam, ad manes discessuram esse, sicut olim aliquando factum esse memoriae proditum est. erant autem saxa illa eo onere, cui vires unius hominis vix sufficerent, similia illis, quae in Ulysses et socios eius Laestrygones torserunt.

Quum igitur infra hiatus haud exiguo murus divelleretur, superne autem in tremorem tantis adigeretur saxis, vacillare ille coeperat, et inferne et superne afflictus, et quasi in genua prostratus est, prius apte compactus, donec ii, qui illum subruebant, opera sua defuncti, discesserunt in commilitonum tentoria, et supposita ad fulciendam ruinam ligna conflagrarunt, ut murus libere iam posset concidere. qui cum ita procideret casu obliquo, factum est, ut a summo ad imum, ubi in angulum flexus erat, divelleretur et ad perniciem nostram haret. namque vinculo eo soluto, necessario totus ruptus est, quia latus contiguum non iam habebat, quo inniteretur, parte obliqua pondere suo collapsa, sed parumper loco motum ruinam finitimae partis secutum est. ita nos quasi Orco adversus hiante, in vastam voraginem absumpti sumus.

Erat autem locus ille turris Chamaedraconis, appellatus nomine

θρεῖς τῷ λαχόντι ἐπιστατεῖν σὺν γε τοῖς ἀμφ' αὐτὸν οὐκ ἀερ-  
 γοῖς στρατιωτικοῖς, ἀνδρὶ τότε μὲν τακτικῷ, ὄστερον καὶ συμ-  
 πόνῳ ἡμῖν· ὃς μόνος τῶν ἄλλων ἐπιχεθεὶς τῇ πόλει, το  
 μὲν φαινόμενον κατὰ νόσον, ἄλλως δὲ προμηθεῖα θεία καὶ  
 5 συναεθλεύων ἡμῖν παρήγορα, θρεῖς, ὃ φασιν, ἀνὰ μέσον καὶ  
 ἔβλεπε θάνατον, εἰ μὴ τὸ τῆς τριχὸς ταύτης γραμμικὸν οἶα καὶ  
 εἰς τι πλατὺ ἐπίπεδον ἡμεῖς διαστήσαντες, ὡς ἐμεθόδευσεν  
 ὁ τῆς σοφίας Θεός, καὶ παρατεινάντες καιρὸν δι' οὗ ὁ βαρ-  
 βαρικὸς ἐμαλάχθη θυμός, συνετελέσαμεν τι καὶ αὐτοὶ τῷ ἄν-  
 10 θρώπῳ εἰς τὸ καλὸν ἧς ἄρτι ἔχει ζωῆς.

Τοῦ τοίνυν τείχους ἐκείνου παθόντος ὡς ἔπαθεν, ἐπει-  
 περ ἡμέρα διέφανσε καὶ εἶδον τὸ ἐκεῖσε Χαρώνειον χάσμα  
 οἷ τε ἐχθροὶ οἷ τε ἡμεδαποί, ἐκεῖνοι μὲν συνέχασκον θηριω-  
 δῶς τοῦ λοιποῦ καθ' ἡμῶν, ἡμῖν δὲ συμμύσασσι ζύμπυσα ἐκ-  
 15 λείσθη ἔλπις. καὶ ἦν μὲν τὰ πρὸ τούτου θρασὺς ὁ στρατη-  
 γός, κομπάζων πρὸς τοὺς εὐ εἰδότας τὸ τεῖχος οὐκ εὐ πείσε-  
 σθαι, ὡς εἰ καὶ καταπεσεῖται, ὅμως αὐτὸς ἐπιλέγδην κρίνας  
 τοὺς ἀρίστους τῆς στρατιᾶς τεῖχος σιδήρεον ἀντιστήσει, τὸ  
 ἐκ τῶν ὕλων, καὶ ἕως καὶ εἰς τεσσαράκοντα ἡμέρας φύλαξ  
 20 ἔσται τῆς πόλεως. τότε δὲ ὁ μέχρι λόγου θρασὺς ῥηξήνωρ  
 τῇ τοῦ τείχους ῥῆξει διεκόπη τῶν ἀνχημάτων καὶ μὴ μένων  
 ὁ αὐτὸς ἔμπαλιν ἐξένευσεν. ἅμα γὰρ δόρυ ἐσκέψατο πολε-  
 μικὸν ἐπὶ τοῦ ῥήγματος ἀναρριχθησαμένου τῶν τινὸς πλωϊ-

### 13. ἀνέχασκον?

eius, cui obtigerat, ut defenderet eum cum militibus impigris, homi-  
 ni tum militari, postea laborum nobis socio: qui solus omnium reli-  
 ctus in urbe, specie quidem morbo impeditus, sed revera divina  
 providentia retentus, et aerumnarum societate solatium nobis afferens,  
 non pilum latum, ut aiunt, aberat, quin periret, nisi nos pili huius  
 lineam quasi in amplam planitiem extendissemus auxilio dei sapien-  
 tissimi, et, tempus nacti, dum furor placaretur barbarorum, adiuto-  
 res illi fuissetus ad servandam, qua nunc fruitur, dulcem vitam.

Quum igitur ita murus ille damnus fecisset, ubi dies illuxit et  
 hiatum illum Charonium tum hostes tum nostri viderunt, illi iam fe-  
 rociter nobis inhiabant, nobis obmutescentibus omnis spes praeclusa  
 est. dux adhuc animosus fuerat, iactaveratque coram iis, qui bene  
 intelligerent, murum eversum iri, etiamsi ille concidisset, se tamen  
 optimis ex exercitu delectis, murum excitaturum ferreum armorum et  
 in diem usque quadragesimum urbem servaturum. tum autem iste  
 verbis atrox bellator, ruina muri perterritus, iactantiam distulit de-  
 clinavitque iam eundem se praestare. simulatque enim hastam ho-  
 stilem supra ruinam conspexit, in murum egresso quodam e nautis,

μων, οὓς ἀνδρικούς τὰ ταιαῦτα καὶ δεξιούς ἢ τοῦ Σιφάντου ναῦ ἐπλώϊζε (πειρατῆς δὲ ὁ Σιφάντος, ἐκὼν προσχωρήσας τοῖς Σικελοῖς κατὰ τινὰ ρήτην τὴν συνδόξασαν· ὃς καὶ ἡμῶς ἐλὼν ἐξένισσε — ρητέον γὰρ οὕτως — ἐπὶ νεὸς τῆς κατ' αὐτόν, ὡς καὶ ὑποκαταβάντες λόγῳ βραχὺ παραστησόμεθα),<sup>5</sup> ἅμα γοῦν οὕτως εἶδεν ὁ τρέσας Δαυὶδ, καὶ ἅμα κατόπιν βαλὼν τὰς ἀνδρικός ὑποσχέσεις καὶ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας εἰς οὐδὲ λεπτόν συστειλάς ὥρας ἔδειξε μετὰφρενα τοῖς ἐχθροῖς. καὶ τῶν στρατιωτικῶν φωνούντων λεωφορομένη ῥῆ<sup>10</sup> τὸ “Κοιμηγέ, στάμα καὶ πέζευμα,” ὃ δ' ἐπιτελεύτιον οἶον<sup>10</sup> ἀντιμίξας τὸ “καβαλλίκευμα,” καὶ τὸ “καθὰ με βλέπετε,” ἐπόθει μὲν ἴσως παρατυχεῖν πού τὸ τηρικαῦτα Πήγασόν τινα, δι' οὗ πτερύσσεται εἰς ὄρος εἶθε ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης, ἠρκέσθη δὲ ὁμοῦς τῇ φίλῃ ἡμίονῳ, ἢ καὶ τότε φέρειν αὐτὸν ἔλαχε. καὶ παραδειγματικῶς προφεύγων, τρυφε-<sup>15</sup> ρὸς ἰδεῖν, εὐστροφὸς τὴν ἀναβολὴν, ἄτριπτος ὄπλοις τὰς χεῖρας, γυμνασίῳ πρέπων, ἀμίαντος αἵματι, εἶχεν ὥσει καὶ κίλος ἐφεπομένους τοὺς ἀπαντας παρὰ τι ὀλίγον. ἦσαν γὰρ ἐν τοσοῦτῳ πληθεῖ καὶ μεγάθυμοι ἄνδρες, οἳ καὶ ἀντισταθέντες ἐν τῇ τὸν στρατηγὸν ἄνετα διώκειν ἑαυτὸν εἰς φυγὴν, οἳ μὲν<sup>20</sup> ἔπεσον μακαρίως καὶ εὐγενῶς, οἳ δὲ γενναῖα δράσαντες ἐνδεδῶκασιν, ὅπου γὰρ καὶ τὸ πολεμικὸν ἐκείνο δόρυ καὶ οἱ συνα-

12. τὸ] τοῦ T

quos fortes ad talia et strenuos navis Siphanti vehebat (erat autem pirata Siphantus, qui ultro Siculis se adiunxerat, conditiones quasdam pactus, quae utrisque placuerant: qui idem postea captos nos benigne — dicendum est enim, quod verum est — in navem suam recepit, quemadmodum mox paucis commemorabimus) Davides igitur trepidus iste simulatque id vidit, longe relictis promissis suis splendidis, et contractis in minutissimam partem horae diebus quadraginta, hostibus tergum dedit, atque militibus clamore in circo usitato vociferantibus “Comnene, consiste, descende,” ille quasi metam consecuturus “quod bene vertat, caballe” obstrepit, et “me intuemini.” optabat, credo, adesse sibi tum Pegasus quendam, quo evolaret in montem sive undas aestuantis maris, contentus tamen erat dilecta sibi mula, quae forte tum quoque illum vehebat, et mirae speciei fugitivus, delicatus vultu, vestitu elegans, armis nihil attritus, decorus habitu, cruore non pollutus, vervecis instar. cunctos exiguo intervallo se sequentes habebat. fuerunt enim in tanto numero etiam generosi viri, qui, dum dux impigre fugae se mandat, hostibus obnixi partim pulcre et honeste ceciderunt, partim animose proeliati pedem retulerunt, quum et hostis ille hastatus et qui alii barbari una cum

ναβάντες τὴν ἀρχὴν βάρβαροι κατασείσθησαν ὑπὸ τινων ἡμε-  
 5 τέρων πολιτῶν, οὐκουν γε στρατιωτῶν. οἱ δὲ πολῖται καὶ 293  
 κατὰ κράτος ἀντέσχον, ἕως κυκλωθέντες εἶδον κίνδυνον, οὐ  
 πτυρέντες δείματι πανικῶ τῷ τοῦ Δαυΐδ, ἀλλὰ μεμνημένοι.  
 βλαίπτειν ἔσω μάλιστα πόλεως οὓς καὶ ἐκτὸς ὤρμαινον σίνε-  
 σθαι, εἴπερ ἀφίεντο. ὃ δὲ ἐτροχαλώθησαν οὗτοι κύκλωμα,  
 οὐκ ἐκ τῶν ἄνωθεν ἦν ἀλλὰ τῶν εἰσδραμόντων βαρβάρων ἐκ  
 τῶν ἐφῶν πυλῶν· ἃς ὁ στρατηγὸς ἀνεπιγμένας ἔωθεν τοῖς  
 10 ἐχθροῖς ἐχαρίσατο εἰς παρείδουσιν ἄπονον, ἐπειδὴν ἐγχειρήσας  
 φυγεῖν ἐπέτρεψε τῷ καταπαναεύοντι συναναφεύγειν. εἰς τὴν  
 ἀκρόπολιν, εἰσάσαντα τὰς πύλας, αὐτὸν δὲ τὸν ἐκείνου φάναί  
 λόγον, πῦρ ἐσσειν, ὡς οἱ ἀκηκούτες διδώσκουσιν.

Ὅτῳ δὲ οὖν τοῦ πολεμικοῦ δόρατος ἀναφανέντος ἐπὶ  
 τοῦ τείχους, ἤδη ἐπιλωμένου τῶν ἡμετέρων (λέγω δὲ τοῦ  
 15 ἐφῶν· τὸ γὰρ δυσμικὸν οὐ τοιούτους εἶχε προμάχους, ἀλλὰ  
 τῶν τινὲς ἐκείνων ἀντεῖχον ὡς οὐκ ἂν εἴη ἀνδρικώτερον· ὧν  
 ἐν τοῖς μάλιστα Λέων ὁ Κονταλᾶς, καὶ φρενῶν καὶ ῥώμης  
 καὶ ἀνδρίας πλήρης ἀνὴρ, ὃς ἕως καὶ περὶ πλήθουςαν ἀγοράν,  
 τῆς πόλεως ἤδη μεμεστομένης ὧν οὐκ ἠθέλομεν, ἀντιστίας,  
 20 εἶτα πρὸς οὐδενὸς ἔχων ἐπικουρίαν καθυπῆκε, καὶ εὐτυχῶς  
 γυμνωθεὶς ἐκέρδανεν ἑαυτὸν εὐκλεῶς, τότε μὲν πολλὰ κεκλαυ-  
 μένος ὑφ' ἡμῶν, ἄρτι δὲ ἐν τοῖς τῶν ἐπαινουμένων πρώτοις  
 ταπτόμενος παρὰ γε ἡμῖν οἵπερ οἶδαμεν) — τοῦ τοίνυν ὑψοῦ,

9. κατέπανεύοντι?

illo primum escendissent, deiecti essent a quibusdam nostris civibus, non militibus: qui quidem cives strenue restiterunt, donec cincti periculum animadverterunt, haud terrore panico Davidis perturbati, sed intra urbem maxime laedere gestientes, quos etiam extra moenia venturi erant, si dimitterentur. verum globus ille, quem hi compellebant, barbarorum erat non a superiori parte ingruentium, sed irrumptentium per portam orientalem: quam dux prima luce hosti apertam reliquerat ad facilem introitum, siquidem fugam meditatatus centurioni mandaverat, ut in arcem evaderet et portam, ut ipsius verbo utar, calere sineret, quemadmodum testantur, qui audierunt.

Ita igitur hasta hostili supra murum elata, nostris iam vacuum militibus (murum orientalem dico: occidentalis enim non habebat tales propugnatores: sed illorum nonnulli pugnabant, ut nemo generosius: in quibus maxime Leo Coutalas fuit, vir prudentia, robore et virtute eximius, qui, quum toto fere mane, urbe iam referta quibus non placebat barbaris, restitisset, tandem a nemine adiutus pedem retulit et prospere armis exutus lucrum sui fecit honestissime, tum quidem multum deploratus, sed nunc in beatorum primis numeratus

ὡς ἐρρέθη, φανέντος δόρατος ἐκείνου τῇ συνήθει μετακλίσει καὶ κατακύψει ὥστε καὶ τινι κατανευσει κεφαλῆς ἢ καὶ χειρὸς νεύματι μετακαλουμένου τούς ἔξω, βραχὺ τι ὠρας μέσον ἦν, καὶ ἡ πόλις πλήρης ἦν τῶν πολεμίων, περιάγοντος Ἀγυούστου τετάρτην καὶ εἰκοστήν ἡμέραν ἐξ ὅτου ἐνέστη, πρῶτα<sup>5</sup> μὲν τῶν τοῦ ναυτικοῦ, εἶτα κατὰ συναφείαν καὶ τοῦ ἱππικοῦ.

Καὶ ἦν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τότε οὐκέθ' ἡμέραν ἀλλὰ νυκτι εὐοικυῖαν, καὶ οἶον παθαινομένην καὶ σκυθρωπάζουσαν ἐφ' οἷς ἑώρα. δμίχλη γὰρ αὐτὴν βαθεῖα ἐπάχυνεν ὥσει καὶ ἐκ<sup>10</sup> κονιοροτοῦ, ὃν ἡ τυφὸς αἶρει ἢ πόδες ζῶων, ἅπερ ἀριθμὸς μετρεῖ ἀπειροπληθῆς· ὡς εἶναι εἰπεῖν, ὀκνεῖν λάμπειν τὸν ἥλιον οἷς αἱ τῶν ὄπλων ὑπερηγάζον αὐτὸν λαμπρότητες, παρωδῆσαι δὲ καὶ ἐκ παλαιῆς Μούσης “ὀκτωκαιδέκα μὲν πλέεν ἤματα ποντοπορεῖον” τὸ τῆς πόλεως σκάφος, “ἐννεακαιδεκάτῃ<sup>15</sup> δ' ἐφάνη σῦρα σκιοέντα,” δι' ὧν ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἥλιος ἀποτεριχίζόμενος ἐμέλαινε σκιὰν ἐπικαλύψουσαν ἡμᾶς ψαλμικῶς. οἱ δὲ χθῆς καὶ πρῶτην ἀλαλαγμοὶ καὶ αἱ κατὰ πόλεμον βοαὶ καὶ ὁ ἐντεῦθεν θροῦς οὐκέτ' ἦσαν, ἀλλ' ἀντιστρέψαντα τὸ ψαλμικόν, οὐκ ἦν ἀλαλαγμὸς ἐν τοῖς ἡμῶν πλήθεσιν. εἰ-<sup>20</sup> δες δ' ἂν καὶ ὀρνέων πετομένων κενὸν τὸν ἀέρα, οὐκ οἶδ' εἶτε διὰ τὸ τοῦ ἀέρος στυγνὸν εἶτε καὶ ὅτι φρικτὸν ἦν καὶ ἐκείνοις τὸ πᾶγμα. ἡμέραι γοῦν ἱκαναί, καὶ οὐδαμοῦ οὔτε

#### 19. ἀντιστρέψαι?

a nobis quidem, qui eum noveramus) — hasta illa igitur, ut dictum est, supra murum elata et solita flexione et inclinatione tanquam nutu capitis manusve advocante eos, qui foris erant, exiguo temporis intervallo urbs hostibus impleta erat, die mensis Augusti quarto et vicesimo, primum classariis, subinde etiam equitibus irruentibus.

Erat autem dies ille non iam diei, sed nocti similis, et quasi obscurus tristisque propter ea, quae cernebat. nebula enim densa obscurabatur tanquam pulvere, qui turbine vel pedibus animalium innumerabilium excitatur: ut quis dicere possit, solem lucere desisse, quod lucem suam superaret fulgor armorum, vel adhibere vetustae Musae illud “octodecim equidem dies mare transnavigabam” scapha scilicet urbis, “undevicesimo autem comparuerunt montes umbrosi:” quibus absconditus sol umbram diffundebat, nos ut in psalmis est, obscuraturam, hesternae autem et pristinae quiritationes et clamor bellicus et inde ortus tumultus non iam audiebantur, sed, contra psalmistam, non erat eiulatus in concionibus nostris. cerneres etiam aerem avibus vacuum, nescio, propterne tenebras coeli, an quod terribilis illis quoque calamitas videretur. dies certe complures praeterierunt,



στρουθοὶ οὔτε πέλειαι οὔτε κόρακες, οἱ τῆ καθ' ἡμᾶς πρῶην ἐπεχωρίαζον, οὔτε ἄλλος τις ὄρνις τὸν ἀέρα διενήχοντο, ἀλλ' ἐκτετοπισμένῃ ἐνέμοντο καὶ ἡμῖν ἄφρατα. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ μετὰ τὴν ἄλωσιν ἐφ' ἱκανόν, οἷα τοῦ θένους καὶ τοῖς ἀλό-  
 5 γοις παραμένοντος· ἡμέραι γὰρ ὕστερον συχναί, καὶ αἱ μὲν ἄμφοδοὶ τῆς πόλεως ἐπληθον σποριμῶν παντοδαπῶν, οἷς χαίρουσιν οἱ τῶν ὄρνιθων σπερμοφάγοι (τὸ βάρβαρον γὰρ οὐκ ἀνίει ἀρπάζον καὶ κατακενοῦν), ὄρνις δὲ ποθεν οὐ κα-  
 10 τέβαινε. τούτου δὲ οἶμαι καινότερον ἐκεῖνο ἦν, ὅτι περ. ἕε-  
 τοῦ καταρραγέντος, καὶ ἐξ ὧν οἱ ἐχθροὶ ἐσκόρπιζον, ἀροῦν-  
 τες μὲν, οὐκουν σπείροντες δὲ τὸ καλὸν ὄλον ἄστν, ληῖσαν ὡσπερ ἀναφυνέντων συχῶν καὶ εἰς μῆκος ἐπιδεδωκότων, οὐ-  
 δὲν ζῶον ποηφάγον ἐκεῖθεν ἐκέρδανέ τι, ἀλλ' εἶχεν αἴρεσιν  
 15 κόνεως ἐρέπτειναι ἥπερ ἐκ τῶν βεβλασθηκότων φαγεῖν ὡς ἢ  
 πεφαρμαγμένων οἷς τὸ περιέχον μεμίαντο, ἢ καὶ ὅτι κατὰ  
 τοὺς ὠκειωμένους, ὡς λόγος, τῷ πάλαι Διομήδει συνεμίσουν  
 τὸ βάρβαρον καὶ αὐτοί, οἷα μὴ ἐθάδες ἐκείνων.

Καὶ τοιοῦτον μὲν καὶ τοῦτο, παραρριφέν οὐ περιττῶς  
 εἰς συγγραφὴν· ἢ δὲ πόλις εἰσπηδησάντων τῶν ἀντιμάχων  
 20 ἔπασχεν ὅσα φιλεῖ δρᾶν ἄγριος πόλεμος. καὶ οἱ μὲν ἡμέτε-  
 ροι, οὐχ ὁ μὲν ὁ δ' οὐ, ἀλλὰ πάντες ἔφρευγον ἀμεταστρεπτι  
 καθ' ὑπέξαιρεσιν εὐαριθμῆτων τινῶν, ὅπερ ἔφαμεν· ἐν οἷς

quum nec passerēs nec columbae nec corvi, qui ante nos visere solebant, nec alia avis usquam per aerem vagaretur, sed avolaverant et e conspectu evanuerant. atque hoc quidem etiam post captam urbem manebat aliquamdiu, timore quippe etiam pecoribus constructis. dies enim multi abierunt, dum viae urbis repletæ sunt granis variis, quæ aves granis vescentes amant (barbari enim non cessabant cuncta rapere et vastare), nec ulla avis usquam comparuit. res autem etiam mirabilior hæc erat, quod, quum imber largus defluisset et ex iis, quæ hostes, arantes illi quidem, non serentes, venustissimam urbem universam, disperserant, quasi segetes luxuriosæ enatae essent et in altum crevissent, nullum animal gramine pascens quidquam inde carpebat, sed pabulum e pulvere anquirere, quam illa vesci herba malebant, sive quod aversarentur eam quasi venenatam, rebus quippe omnibus circum infectis, sive quod, secundum fabulam illam de prisci Diomedis animalibus, ipsa quoque barbaros, utpote haud illis assueta, odissent.

Atque hæc quidem hæctenus, non præter rem narrationi nostræ interposita. urbs interim, irruente hoste, passa est, quæ atrox bellum parare solet. nostri autem, non passim singuli, sed cuncti sine respectu fugiebant, paucis aliquot exceptis, ut diximus: in quibus

καὶ τὶς Βολέας τῶν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ξυνοικίας, ὃς ἐγγὺς ἐς τριάκοντα τοὺς μὲν ἀξίην διχάσας τοὺς δὲ καὶ ἄλλως εἰς τὸ ζῆν ἀχρειώσας πολλῇ σπουδῇ τῶν πολεμίων τὴν μητέρα γῆν ἠσπάσατο. αἰσχρὴν καὶ αὐτὸ τοῦ Δαυὶδ, ὃς μὴ ἂν ποτε φυγεῖν ἀπομνύς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ αὐτοῦ ξίφει πεσεῖν, εἶτα προ-5 τράπετο σωθῆναι λυθρῷ ἀχραντος. καὶ ἦν ἡ καθιστοροῦμένη φυγὴ οὐκ ἀσύντακτος, ἀλλ' ἐνδόντος ἀρχάς, ὡς προσκτίθεται, τοῦ κορυφαίου στρατηγοῦ. ὃς εἶπερ ἔδειξε πρόσωπον τοῖς ἐχθροῖς, ὡς ἐνεκελεύοντο οἱ τῶν συμφεγγόντων γενναϊότεροι, συνούλωσεν ἂν ταχὺ τὸ τραῦμα τῆς πόλεως. οἱ 10 δὲ τῷ πολεμίου στίφους ἔκαμνον καὶ ῥίπτοντες τοὺς φεύγοντας καὶ σαττόμενοι λύφουρα. καὶ ἐχρῆν μὲν ἐν τούτοις ἄβλητόν τινα καὶ ἀνούτατον ἐκ μετεώρου ποδῶν τὴν μάχην σκέπτεσθαι καὶ παρασημαίνεσθαι, τοῦ Θεοῦ βελῶν ἀπερῦκοντος ἐρωῆν. ἄνθρωπος γὰρ ἐνδεθεὶς τοιοῦτω κακῷ, καὶ 15 πρὸς ἑαυτῷ τὰ μάλιστα τὸν νοῦν ἔχων, οὐκ ἂν σχοίη ἀκρι-  
294 βῶς τὸ πᾶν συγγράψασθαι, πλὴν εἰς ὅσον τὰ καιρία, ὧν τε ἔμαθε καὶ οἷς αὐτὸς πολυτρόπως ἐπέστησεν.

Ἡμεῖς οὖν τῆς μὲν ἀκροπόλεως ἀπογνόντες διὰ τὴν τοῦ ἐκείσε ὕδατος ἐκδημίαν, ἧς ὁδηγὸς ὁ στρατηγὸς γέγονε, καὶ 20 τὴν ἀναγκαίαν ἀποσκευὴν, ἣν προεμηθευσάμεθα ἡμῶν τε αὐτῶν χάριν καὶ τῶν περὶ ἡμᾶς, διανειμάμενοι, ὡς καὶ προπέ-

#### 14. ἀπερυκτός T

Boleas quidam e collegio clerico fuit, qui, prope triginta hostibus partim securi percussis partim alioquin mutilatis, aegre tandem ab illis superatus, terram matrem amplexus est. fuit autem etiam illud dedecori Davidi, quod, nunquam se fuga salutem quaesiturum, sed in gladium se suum daturum esse iuratus, mox tamen servari maluit cruore haud pollutus. neque erat fuga, quam exponere coeperam, incomposita, sed praeeunte, ut dixi, summo duce suscepta est: qui si obstitisset hosti, ut suadebant fugientium generosiores, facile cicatricem obduxisset vulneri urbis. hostium turba interim graviter et feriebatur praeda se onerabat. ac debuerat aliquis in tanto tumultu salvus et integer e loco aliquo superiori pugnam spectare et consignare litteris, deo defendente vim telorum; nam qui, tanta ipse implicatus clade, ad suam maxime salutem attenderit, non possit accurate omnia describere, nec nisi quae opportune cognoverit audiendo aut quibus ipse passim interfuerit.

Nos igitur, quum de arce desperaremus propter aquae penuriam, cuius auctor dux extiterat, suppellectile necessaria, quam in nostrum et nostrorum usum comparaveramus, distributa, ut supra monitum est, curae non habuimus in sacrum sepulcrum sancti unguentum exsu-

φρασαι, μερίμνης δὲ θέμενοι ἔξω καὶ τὴν εἰς τὸν ἅγιον τά-  
 φον τοῦ μυροβλύτου καταφυγὴν, ἔτι δὲ καὶ τὴν εἰς ἑτέρους  
 θείους ναοὺς (οὐ γὰρ δὴπουθεν ἐλάνθανεν ἡμᾶς ὡς πάντων  
 τῶν φευγόντων ἐν τοῖς τοιούτοις ῥυῖσκομένων πολλοὶ παρα-  
 5 συρῆσονται τοῦ ζῆν ὠθισμοῖς καὶ τοῖς ἐντεῦθεν πνιγμοῖς),  
 καὶ τῷ οἴκῳ παραμείναντες ὃς περιάδεται ζῶντα ἐκθεραπέ-  
 ειν τὸν ἅγιον, καὶ πολλὰ καὶ μυρία κακὰ καὶ τεθεαμένοι καὶ  
 πεπονθότες, ἐφ' οἷς θαῦμα περίεισιν ἡμᾶς ὅπως ἀντέσχομεν,  
 τέλος τοῦ πάγωνος, ὃ φασιν, ἔλκυσθέντες ἀπηγόμεθα διὰ ξι-  
 10 φῶν μυρίων ἀνατεινομένων. καὶ φρισσόντων ὥστε καὶ λήϊον  
 πεπυκνωμένων ἀσταχύεσι. καὶ ὠθούμενοι μὲν καὶ κονδυλι-  
 ζόμενοι καὶ ὕβρεις οὐ τὰς ἐν ἔθει μανθάνοντες μακάριον τὸ  
 πάθος ἐκρίνομεν, εὐχόμενοι ἐν τοιούτοις εἶναι. ὅτε δὲ καὶ  
 σπάθη καθ' ἡμῶν ἐγαυροῦτο, καὶ παραξίφίς ἐπλαγίαιζεν ὡς  
 15 εἰς σπλάγγνα βάψουσα, καὶ δοράτια τὰ μὲν ἔνθεν τὰ δ' ἐκεῖ-  
 θεν τῶν πλευρῶν ἐνθύνοντο ἀπειλητικῶς, ἀλλ' ἐνταῦθα εὐ-  
 χαι καὶ μόναι ἀντέπραπτον βύθια. προενεγκεῖν γὰρ αὐτὰς  
 πῶς ποτὲ ἦν;

Καὶ ἕως μὲν καὶ τοῦ πολιτικοῦ καθ' ἡμᾶς ἵπποδρόμου  
 20 τοιαύτη διάθεσις ἡμᾶς εὐθύνεν· ἐκεῖ δὲ τὸν ἤδη ἀποτεθέν-  
 τα εἰς μνήμην Σιφάντων εὐρόντες, εὐίππον ἐσθηκότα μετὰ γε  
 καὶ τοῦ Μαυροζώμη, καὶ σκεπτόμενον τί ἂν ἔλοι, μεθειλκῦ-  
 σθημεν ὑπ' αὐτοῦ, λόγῳ μὲν τῷ μὴ ἐπὶ πλέον κόπον σχεῖν

dantis aut templum aliud confugere (neque enim nobis ignotum erat, si cuncti profugi in ecclesias confluisissent, multos pressu suffocatos perituros esse), sed in domo nos continuimus, quae vivum facere sanctum fertur, atque miseras infinitas et intuiti et perpassi, quas superasse nos miramur, postremo barba, ut aiunt, abstracti per enses innumerabiles strictos horrentesque tanquam segetem spicis spissam deducebamur. itaque dum contundimur et vellicamur et contumelias haud vulgares experimur, beatam tamen eam miseriam ducebamus, gaudebamusque, quod ita affligeremur; quum autem enses in nos destringebantur, et pugio ex transverso nobis intendebatur tanquam in viscera abscondendus, et hastae hinc illinc lateribus imminebant, tum vero non nisi preces in imo pectoreolvebamur: proferre enim illas quomodo potuissemus?

Ducebamur autem isto modo ad hippodromum usque urbis nostrae; ibi autem quum invenissemus beatæ iam memoriae virum, Siphantum, generoso equo insidentem cum Maurozoma et circumspicientem, quid ageret, excepti ab eo sumus, ne scilicet diutius affligeretur episcopus, revera autem, ut alia peiora experiremur. nam

τὸν ἀρχιεπίσκοπον, ἀληθῶς δὲ ἵνα δευτέρων χειρόνων πειρασώμεθα. βραχὺ γὰρ ἐκεῖσε τί γόνατα κάμψαντες ἐν τινι μικροκαλύβῃ καὶ ξηροῦ ἄρτου ἀποδακόντες, ἵνα ὕδατος ἐμπιῶμεθα (ἦν γὰρ ἡ καρδιά ἡμῶν καιομένη ἐν ἡμῖν, ὡς καὶ πάντα τὰ ἐντός), εἶτα κατὰ τιμὴν μυαρίου κελευσθέντες ἐπιβῆναι (μὴ γὰρ οὐ τοιοῦτον ἐκεῖνο τὸ ἵππαριδιον;), πεισθέντες τῷ ἐπιτάξαντι καὶ ἀνατεθέντες εἰς ἐκεῖνο ἡγόμεθα ἔνθα τὸ ναύσταθμον, μετὰ καὶ γωρυτοῦ καὶ φαρέτρας, ἅπερ ἡ σελλίς ἔτυχε φέρουσα.

Ὡ μοι τῶν ἐντεῦθεν κακῶν. ὡς γὰρ μὴ ἀρκεσάντων 10 τῶν νεκρῶν δι' ὧν πεζεύων ὠδουσα θερμοῖς ἀτμιζόντων αἵμασι, διὰ σωρείας ἐτέρων ἰππότης περιηρόμην, ὧν οἱ πλείους κατεστρωμένοι πρὸ τοῦ τείχους ἔκειντο οὕτω πεπυκνωμένοι ὡς τὸ ἵππιδιον ἢ μὴ ἔχειν ὅποι γῆς θῆσει πόδα, ἢ ἀλλὰ μεταξὺ τῶν [τε] προσθίων ποδῶν δύο ἢ τρεῖς ἔχειν ὑποκειμέ- 15 νους νεκρούς. τῆς δὲ δυσκολίας τῆς τῶν πυλῶν ἐξόδου ἐν οὕτω μυρίοις Ἀγριολατίνοις, καὶ ὅσα δὲ ἔξω ἕως καὶ εἰς τοὺς λιμένας, ἐγὼ μὲν ἐδάκρυσα καὶ οἱ βλέποντες Χριστιανοί, οὐκ ἂν δὲ αὐτὰ ἐκθήσομαι, ἵνα μὴ ἐν οἷς ἐπιτέμνειν ἐθέλω περιττολογῶ. ταῦτα καὶ μόνον κεφαλαιώσομαι, ὅτι 20 τέσσαρας χρυσίων χιλιάδας ἐγκρατῶς ἐζητήθημεν οἱ μηδὲ ψαμμίων ἢ χοὺς δράκα ἢ τὸ καθομιλούμενον σίελον ἐπὶ στόματος ἔχοντες, ἀκούσαντες καὶ ὀλίγα ταῦτα εἶναι ἐξ ἀν-

quum paulisper ibi in tuguriolo reclinati mandissemus panem aridum et aquam imbibissemus (ardebat enim cor et omnia intestina), deinde honoris causa musculum conscendere iussi (annon talis iste erat equulus?), obtemperavimus imperio, et in animal sublatis ad stationem navium deducti sumus, cum receptaculo arcus et pharetra, quae in sella forte suspensa erant.

Proh mala, quae deinde secuta sunt! quasi enim satis non essent cadavera, per quae pedes transissem calido sanguine fumantia, per acervos cadaverum eques circumducebar, quorum plurima ante moenia ita densa proiecta iacebant, ut equus non haberet, ubi pedem poneret, sed inter pedes anteriores tria quatuorve cadavera calcaret. horridum e portis exitum inter tantam innumerabilium Latinorum atrociam, et reliqua deinceps usque ad portum, deslevi equidem cum Christianis, qui ista viderunt, ceteris, exponere non conabor, ne multus esse videar in iis, quae nonnisi attingere decet. hoc tantum commemorabo, modeste nos quattuor millia numum aureorum rogatos esse, qui ne manipulum quidem sabuli vel pulveris vixque salivam in labiis, haberemus, atque audisse, etiam parvam illam summam in

θρόπου ὃς ἀρχιεπισκοπὴν περιέπει κεντηνάρια ἐς ἑκατὸν (ὡς πλούτου) ἔτους ἐκάστου δωροφοροῦσαν αὐτῷ· καὶ ὅτι ἐν τῇ τοῦ Σιφάντου νηϊ, ὡς ἦν ἐγχωροῦν, ἀναπανσάμενοι τῇ καρδοκίᾳ τῶν χιλιάδων ἃς ἡμῖν ἐπέγραψαν οἱ μεγαλοπρεπεῖς πειραταὶ (αὐτὴ γὰρ ἡμῖν κατάλυμα πρῶτον εὐτυχήθη, αἰχμαλώτων γέμουσα κατὰ τὰς λοιπὰς ἀπάσας, οἳ καὶ γοᾶσθαι ἡμᾶς ὀργῶντες αὐτὸ μὲν ποιεῖν οὐκ εἶχον τόλμαν, ὡσίουν δὲ τὸ πένθος προσώπου συναγωγῇ πρὸς σκυθρωπότητα καὶ δυσωπία ἐκθλιβούση δάκρυα, ὁποίοις καὶ ἡμεῖς, ὁ κατ' ἐκείνους 10 δυστυχῆς φόρτος, αὐτοὺς ἡμειβόμεθα· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ προσφωνῆσαι ἐξῆν). — ἐν τοίνυν τῇ τοιαύτῃ νηϊ τότε καταπαύσαντες τῇ ἐπαύριον μετὰ τιμῆς ὁμοίας ἀνήχθημεν εἰς τὸν Κορινθίον Ἀλέξιον· ἔνθα θῆρα εἰκονομάχον, Γελιέλμιον τινα, ὃς ἐκ τῆς Νικαέων διέδρα τὸν Ἀνδρόνικον, ὁ τόπος ἡμῖν ἐξέ- 15 φηγεν, ἄγριον ἐκείνον καὶ οἶον θανατοῦν καὶ προτοῦ ἐμφαγεῖν· ὃς οἷά τις Ἑριννὺς τραγωδική, ἔχων κατ' ἐκείνην καὶ δᾶδας, ἐρεβοδιφήσας ἡμᾶς (ἦν γὰρ ἤδη νύξ), καὶ εὐρών ἐνθα γῆς ἐκοιταζόμεθα, οὐ πρὸς ὕπνον (ἐπτερυζατο γὰρ καὶ αὐτὸς ἐξ ἡμῶν ἐπὶ νύκτας ἤδη πολλάς) ἀλλ' ὅτι μὴ εἶχομεν ἢ καθῆ- 20 σθαι ἢ ἴσθαι οἷα πολυημέροις καταπεποννημένοι κακοῖς, ἀνάθεμα πρὸς βοήν συγνὰ ἐβαρβάριζε κατὰ τι κακὸν φροῖμιον τῷ μὴ φονεύσαντι ἡμᾶς, παρόντος καὶ ἀγαθοῦ τινὸς ἀδελφοῦ αὐτῷ ἐξ οὐ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων τὸν θῆρα ἐμάθομεν

eo esse, qui archiepiscopatum administraret, ad centum centenaria (ah divitias!) quotannis illi praebentem; deinde in navi Siphanti requiescentes, ut licebat, et argentum, quod nobis imperaverant superbi piratae, expectantes (illud enim nobis primum deversorium contigit, captivis refertum, ut ceterae naves, qui nos miserari, quamvis cuperent, non audebant, sed dolorem tamen vultu ad tristitiam composito et lacrimis moestitia expressis significabant: id quod etiam nos vicissim faciebamus, aequae atque illi homo calamitosus: nam ne alloqui quidem quemquam licebat) — in illa igitur navi tum nocte transacta, postero die aequae honorifice ad Alexium Comnenum deducti sumus: ubi feram imaginibus infestam, Gelielimum quendam, qui e Nicaeensium civitate Andronicum effugerat, invenimus, hominem ferocem et quasi prius necare solitum, quos devoraret: qui furiae tragicae instar, facem etiam, ut illa, manibus tenens, per tenebras (iam enim nox erat) nos quaerebat, et quum invenisset, ubi cubaremus non ad somnum capiendum (qui iam multis nos noctibus fugerat), sed quia nec stare nec sedere poteramus, multorum dierum aerumnis exhausti, frequenter barbaro quodam carmine execrabatur, quicumque nos non occidisset. comitabatur illum autem bonus quidam frater, ex quo feram istam in imagines

μαίνεσθαι. ὡς δὲ ἡμεῖς ἠρόμεθα τί τὸ αἴτιον τοῦ φονευτέ-  
 οὺς ἡμᾶς εἶναι, πρῶτα μὲν θυμωθεὶς αὐτὸς εἰς πλεόν ἐπέ-  
 κρινεν ὡς, εἶπερ αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἡμῖν περιέτυχεν, οὐκ ἂν  
 ἄρτι κεφαλὴν εἶχομεν, εἶτα καὶ αἰτιολογήσας τὸν καθ' ἡμῶν  
 θυμὸν, ἐπέραινε τὴν αὐτοῦ σοφίαν εἰς τὸ ἀπίστους ἡμᾶς<sup>5</sup>  
 εἶναι θεῶ ὅια τῷ Ἀνδρονίκῳ πιστούς· πρὸς ἅπερ ἡμεῖς ὑπου-  
 λευσάμενοι, καὶ ποικίλα λαλήσαντες ἢ λαλαγήσαντες πρὸς ἄν-  
 295 δρα μαινόμενον (ἠγαπῶμεν γὰρ ἔχειν κεφαλὴν), μόλις ἐξη-  
 μερώσαμεν τὸν ἀτίθασσον, ὡς καὶ ἀσπάσασθαι ἡμᾶς καὶ εἰς  
 χεῖρα φιλήσαντα οἴχεσθαι.

Καὶ οὕτως ἡμεῖς τε νύκτα καταθετικὴν εὗρομεν, τῶν  
 ἐκείνου δάδων καὶ λάλων ἀπαλλαγέντες χειλέων, καὶ οἱ συγ-  
 κατεστρωμένοι αἰχμάλωτοι ἐς Κομνηνοῦ. καὶ διαγαγόντες ἐκεῖ  
 μετὰ τῶν συναιχμαλώτων ἡμέρας ὀλίγας, καὶ τι καὶ ἐλεηθέν-  
 τες εἰς τροφήν, ναὶ δὲ ὑπὸ τινος τῶν ἐκείνου καὶ εἰς χάλ-  
 15 κεα κέρματα, ὧν ἡ δόσις ἡμῖν τηρικαῦτα εἰς θησαυρούς ἐνε-  
 γράφη Κροίσου (καὶ ἐλεῆσαι ὁ θεὸς ἐκεῖνον τὸν ἄνθρωπον),  
 εἶτα καὶ εἰς τοὺς κόντους, εἶπεῖν δὲ συνηθέστερον, κόμητας  
 (μισῶ γὰρ τὸ ἄκράτως βάρβαρον) ἐκομίσθημεν.

Ἔτι κεφαλαιώσομαι καὶ ὅτι ἀεθλεύσαντες μακρὰ καὶ<sup>20</sup>  
 ἐκεῖ, μόλις μετὰ καὶ ἡμέρας μετρίας τῷ τοῦ ἁγίου οἴκῳ  
 ἀποκατέστημεν· καὶ ὅτι εὐρόντες ἐκεῖ φῦλα Λατινικά,  
 καὶ ἑτεροίων δὲ ἀνθρώπων γέμοντα ἰδόντες τὰ τε ἄνω τὰ  
 τε κάτω, ἐξ ἀνάγκης ἐγενόμεθα τοῦ κατὰ τὸν οἶκον κηπι-

saevire cognovimus. itaque quum quaesivissemus, quid causae esset,  
 cur occidendi videremur, primum etiam vehementius exacerbatus, re-  
 spondit, si ipse statim ab initio nos invenisset, non iam nobis caput  
 salvum futurum fuisse, deinde causas, cur odio nos haberet, expli-  
 cans, doctrinam suam eo deduxit, ut nos adversus deum perfidos,  
 quippe fidos Andronico diceret: contra quae nos tecte disputando et  
 varia cum illo loquendo fabulandoque (carum enim nobis caput erat)  
 aegre tandem ita mitigavimus hominem ferocem, ut amplecteretur nos  
 et manum deosculatus discederet.

Ita noctem quietam tum ipsi nacti sumus, illius facibus nugisque  
 liberati, tum captivi ceteri nobiscum cubantes in aedibus Comneni-  
 ibi cum sociis captivitatis dies aliquot versati et nonnihil sustentati  
 cibo, a quodam domesticorum adeo numis aeneis donati, quo dono  
 tum divitias Croesi nacti nobis videbamus (misereatur utinam vicis-  
 sim illius hominis deus), postremo ad contos, sive, ut usitatus di-  
 cam (odi enim sermonis nimiam barbariem), comites deducti sumus.

Memorabo hoc quoque tribus, verbis, multa illic quoque perpressos  
 nos vix tandem post aliquot dies in aedes sancti nostri restitutos

δίου, καὶ ἐπιδόντες ἑαυτοὺς πεσσουλίῳ τοῦ ἐκεῖσε βραχυτά-  
 του λοστροῦ ἐκείμεθα, χόρτον ἄμικτον ὑποβεβλημένοι· καὶ  
 ὅτι ὀκτῶ μετρήσαντες ἡμέρας, ἐν αἷς ἄρτον ἀκραιφνή οὐδὲ  
 εἶδομεν, ἀλλὰ τοῖς ἐκ πιτύρων ἐγκρυφίαις ἐχρεωκοποῦμεν τὸ  
 5 τῆς γαστρὸς λίχρον, καὶ οἴνου δὲ μηδὲ μύρισμα εὐτυχήσαν-  
 τες, μετ' αὐτὰς καὶ οἴνου ψευδωνύμου ἡρέμα καὶ ὡς ἀλη-  
 θῶς κατὰ σιγάγγα μετέσχομεν, καὶ ἄρτου δὲ ζυμίτου, καὶ  
 ἄλλων δὲ τινων· καὶ ὅτι οὐδὲ τὸ κηπίον εἶχε λιμὴν ἡμῖν  
 γενέσθαι τοῦ Λατινικοῦ κλύδωνος. καὶ εἰ μὲν δένδροις ἡχ-  
 10 ρειοῦτο, καὶ μάλιστα συκαῖς, ὧν καὶ ἄωρος ὁ καρπὸς παρη-  
 νομεῖτο τοῖς ὠμησταῖς εἰς ἔμβρωμα, ἔτι δὲ καὶ πρασιαῖς, ἃ  
 δὴ φίλτατα ἡμῖν ἔφυσαν, ἄλλη τοῦτο λύπη τοῖς γε φιλοτοι-  
 οῦτοις· ὅτε δὲ καὶ τὴν ὑποποδιαίαν ἡμῖν ἡχρεῖον τράπε-  
 ζαν, ἀλλ' ἐκεῖνο οὐκ ἔχω φράσαι ὅπως ἂν φέροι τις ἀπαθῶς.  
 15 ἐκαθήμεθα μὲν γὰρ ὀμιλαδὸν οἱ πτωχοὶ σύσσιτοι, τοὺς πιτυ-  
 ρίας προβεβλημένοι πρὸς τροφήν· οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἀφέντες  
 κείρειν τὰ ἐκ τῆς γῆς, οἷς ἔχαιρον ἐμφιλοχωροῦντες ἀεὶ τῷ  
 κῆπῳ, ἐσκευαῖζοντο καθ' ἡμῶν· καὶ ἐγγίσαντες, εἶτα στραφέν-  
 τες καὶ τὰ περὶ τὴν ἑδραν γυμνώσαντες καὶ εἰς ἔκκρισιν ὑφι-  
 20 ζήσαντες κατεστοχάζοντο ἐξ ἐναντίας ἡμῶν ἀποκοντοῦν τὰ  
 περιττὰ τῆς γαστρὸς, ἐνύσκόμενα καθ' ὕδωρ διὰ τὰς ὀχετη-  
 γοὺς σταφυλάς. καὶ ἐποίουν οὕτω. καὶ οἱ μὲν μεθ' ἡμῶν

esse: cuius tamen et inferiorem et superiorem partem a Latinis occu-  
 patam et aliis refertam hominibus invenimus, concessimusque neces-  
 sitate coacti in hortulum domui contiguam, sedemque nacti in atrio  
 balnei perexigui, quod ibi est, procubimus, mero foeno substrato;  
 atque diebus octo transactis, quibus furum panem ne videremus qui-  
 dem, sed frustulis e furfuribus sub cinere coctis ligurientem compe-  
 sceremus ventrem, vini vero ne odorem quidem haberemus, tandem  
 aliquid nomen vini ementiens quiete et revera guttatim combibimus,  
 panem quoque fermentatum et alia quaedam nacti. ceterum ne hor-  
 tulum ille quidem nobis a fluctibus Latinis tutus erat. quodsi  
 arbores laedebantur, fici maxime, quarum etiam immaturi fructus a  
 feris istis hominibus absumebantur, aut areae olitoriae, quae carissimae  
 nobis erant, ea quidem res illos sane affligebat, qui talia amant; sed  
 quum etiam pedibus substratam mensam deleverunt, id vero nescio  
 equidem quomodo quis aequo animo ferre potuerit. considebamus  
 enim tenuis coenae socii, furfureo pane, quo pasceremur adposito,  
 quum homines isti agrestes fructus, quibus delectati semper hor-  
 tum obibant, carpere desierunt, et adversus nos se instruxerunt.  
 prope ad nos accesserunt, deinde conversi, nudatis natibus, consede-  
 runt ad exonerandam alvum, locum nobis oppositum captantes, quo  
 egerent supervacanea ventris, aquae instar propter leves uvae profiu-

βδελυττόμενοι, ὡς ἔδει, τὸ μυσαρὸν διερρήγνυντο θυμῷ, καὶ κατηκονῶντο ἀτίμως ἀπαγαγεῖν τοὺς — εἰ χρὴ Ἑλληνικῶς προσρηθῆναι — Ὀζόλας· ἡμεῖς δὲ ἐπείχομεν τοῦ ἔργου, κρίνοντες ὡς οἱ ἁμαρτιῶν βορβόροις ἐγκαλινδύμενοι καὶ τοιούτων ἀποβαίνουσιν ὀδμῶν ἄξιοι. 5

Προσθήσω ταῖς κεφαλαιώσεσι ταύταις καὶ ὡς ἡ ξηρὰ κοίτη, ἐπὶ πλέον παραμείνασα, ὀψέ ποτε ὑπὸ θεοφιλῶν ἔξε-  
θεραπεύθη ἀνδρῶν, ὥσπερ καὶ ἡ γυμνικία, ὧν οὐχ ἡμεῖς  
δαψιλῶς εἶχομεν μόνοι ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ μεθ' ἡμῶν· καὶ  
ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν παρηγάγομέν τι κέρδους, αἰμύλα <sup>10</sup>  
κωτίλαντες καὶ βαθέα· ὧν οὐκ ἂν ὠκνησέ τις μεμνησθαι  
διὰ τὸ ὑπογλάφυρον, εἴπερ ἦν καιρὸς ἐνταῦθα περιηγηθῆναι  
καὶ αὐτά· καὶ ἀφαίρεμα μὲν τι τῶν ἐξ ἡμῶν (ἡμίονον θε-  
τέον εἰπεῖν ἢ βίβλον μίαν γοῦν ἢ στρώμα ἢ ἄλλο τι τῶν  
ἡμετέρων) ἐκσπάσαι τοῦ κατ' αὐτοὺς χάους οὐκ ἔσχομεν, <sup>15</sup>  
χρυσίους δὲ πεντήκοντα ἐπορισάμεθα, οὐ πάντη φορμίσαν-  
τες ἀδώρητα· ὅθεν ἡμῖν ἡσυχαία τις ἀνάστασις τοῦ κατὰ  
παντελεῆ πτωχείαν γέγονε πτώματος, τοῦ μυροβλύτου καὶ ἄλ-  
λοῖαν ἐπίρροϊαν πυντοίαν πλημμύροντος καθὰ καὶ ἐξ ὠκα-  
νοῦ τινός, ἀφ' οὗ καὶ ἡμεῖς ἐζήσαμεν καὶ τὸ τῆς πόλεως δὲ <sup>20</sup>  
ἅπαν περιλειπόμενον· οὐκ ἂν γὰρ τις ματαιωθείη καὶ εἰς  
Ἰουδαϊκὴν ἐκκυλισθείη ἀχαριστίαν, ὡς τολμῆσαι προενεγκεῖν

entia. hoc illi faciebant; socii autem nostri, indignati, ut par est, turpitudinem istam, ira rumpebantur conabanturque contumeliose abigere istos — ut Graece dicam — Ozolas: a nobis tamen prohibiti sunt, quippe qui ita existimaremus, qui in stercore turpitudinis volutantur, eos etiam tali odore dignos fieri.

Addam his strictim commemoratis illud quoque: quum satis diu in dura terra cubuissimus, sero tandem a piis hominibus cubili isti consultum esse, pariter atque nuditati nostrae, ita ut non solum ipsi, sed etiam omnes socii nostri abunde omnia haberemus; deinde etiam ab hostibus nonnihil beneficii nos obtinuisse, suavia et blanda fabulando: quae quis commemorare haud differret propter subtilitatem, si opportune hic commemorarentur. nihil quidem, quod nobis surreptum esset (velut mulum vel unum certe librum vel tegetem vel aliud quid rerum nostrarum) extrahere ex illorum faucibus potuimus, sed numos aureos quinquaginta adepti sumus, non prorsus frustra a nobis cantata cantilena: unde placida nobis contigit e nimia inopiae infirmitate restitutio, quum etiam sanctus, qui unguenta exsudat, aliam variam tanquam ex oceano quodam copiam subveheret, unde et ipsi vitam sustentabamus et quidquid civium reliquum erat. neque enim quisquam adeo temerarius fuerit et ad Iudaicam prolabatur turpitu-



τῶν χειλέων ἀκερδῆς ἐκ τοῦ μυροβλύτου ἀπεκβαίνειν τὰ τε εἰς τροφήν καὶ λοιπὰ δέ τινα.

Καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν παρεκβεβάσθω συμμέτρως καὶ οὐδέ πάνυ ἔξω τοῦ δέοντος· οἱ δὲ βάρβαροι πληρώσαντες τὴν πόλιν ὄλην, ἐξ αὐτῶν τῶν ἐφῶν πυλῶν ἀρξάμενοι, ἐθέριζον τοὺς καθ' ἡμᾶς, καὶ συχνὰ ταῦτα δράγματα ῥίπτοντες σωροὺς ἐστοίβαζον, ἐξ ὧν Αἰδης φιλεῖ σιτούμενος. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τῶν ἀμφοδῶν φεύγοντες ἔπιπτον περὶ αὐτάς, καὶ ἅμα ἐγυμνοῦντο σκυλεθόμενοι· καὶ οὕτως αἱ ἀγνυαὶ εἰς οἰκτρά 10 ἐσχεδιάζοντο πολυάνδρια, ἡλίου ἐφορῶντος ἃ μὴ ἔπρεπεν. οἱ δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις παρέμενον αὐταῖς εἰς ἀδιεξόδευτον· καὶ οὐκ ἦν εὐρέσθαι οἰκίαν ἢ οἰκῶν ἄνθρωπος ἠλεήθη, πλήν εἰ μὴ ἄρα πλήθος εἶχεν ὁ οἶκος. ἐκείνου γὰρ οἱ μὲν τινες ἔπιπτον ἔσω, οἷς καὶ ἦσαν αἱ οἰκίαι αὐτῶν τύφοι αὐτῶν, πα- 15 ραθεῖναι τὸ ψαλλόμενον· οἱ δὲ διεκχυθέντες εἰς φυγὴν τῇ τοῦ πολέμου τύχῃ ἐπεδίδοντο. καὶ τέως μὲν ἀπλοῖ ἔκειντο οἱ ῥιπτόμενοι· μικρὸν δὲ ὅσον τῶν πολεμίων ραισάντων τῆς ἄγαν ἐντρεχειας, καὶ ὑποπαιζόντων πικρότερον κατὰ γαίας, ὃ δὴ λέγεται, κωφῆς, καὶ ἕτεροῖα νεκριμαῖα ἐπέκειντο, καὶ 20 ὁ μὲν τις νεκρὸς ἄνθρωπος ὄνῃ κειμένῳ συνεδνάζετο, ἕτερος δὲ κύνα εἶχε συμπαρακείμενον. καὶ τούτων τὰ πλείω καταπεπαιγμένα ἦσαν ὡς εἰς διάθρεσιν συμπλοκῆς καὶ φιλήματος. ἄλλος ὁμοῦ ἦν αἰλούρω κατοικιδίῳ. οὐδὲ τοιούτων γὰρ τὸ

dinem Ingrati animi, ut dicere audeat, inanem se ab eo sancto discedere sive victum sive res alias rogaverit.

Haec ita a nobis modeste profecto nec praeter rem interposita sunt. barbari autem totam urbem implebant, a porta orientali exorsi, metebantque cives, et acervos cumulabant crebris iaciendis manipulis, quibus Orcus repleti cupit. qui per vicos fugiebant, occidebantur in iis, simulque spoliati nudi iacebant, ut viae subito in tristia hominum comitia mutarentur, adspiciente sole, quae non debuerat; qui autem in aedibus erant, remanebant in iis fuga praeclusi, nec erat domus, cuius incolae parceretur, nisi magnum numerus eam teneret. alii enim intra parietes peribant, quibus quidem domus pro sepulcro erat, ut verbis psalmistae utar; alii, qui foris fuga salutem quaerebant, fortunae belli dabantur. et aliquamdiu quidem homines occisi passim iacebant; sed mox, quum hostes ab incursionis impetu remisissent, et insolentius terrae, ut aiunt, mutae insultarent, tum reliqua mortuis cadavera iniiciebantur, tum alius homo occisus cum cadavere asini copulabatur, allus canem socium habebat: et ea quidem pleraque per ludibrium quasi ad amplexum vel oscula composita erant: alius rursus cum fele domestica: nam ne his qui-

βάρβαρον ἐφείδοντο, καὶ μάλιστα κυναρίων ὡς καθυλακτοῖν.  
 296 των καὶ ἐπιτρεχόντων· διὸ καὶ αὐτῶν ἢ καθ' ἡμᾶς πόλις  
 ἐσπᾶνισεν. εἴ τι δὲ που καὶ περιλέλειπτο, ἀνδρὸς μὲν Ῥω-  
 μαίου βυτεβιάῤυσεν ἄν καὶ κατέδραμε, Λατίνῳ δὲ ὑπέξεχώρει  
 κνυζόμενον· κατέγνω γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα οἱ κακοῦ ἦσαν,<sup>5</sup>  
 καὶ εἶχε παροιμιᾶσασθαί τις τότε κατὰ τοὺς ἐν Σερίφῳ σι-  
 γῶντας βατράχους καὶ τινας τοιοῦτους Ἴταλοὺς τέττιγας, οὗ-  
 τω καὶ κύνας ἀφῶνους τοὺς παρ' ἡμῖν.

Καὶ ἀμφοδους μὲν κατατρέχεσθαι καὶ οἰκίας οὐκ εἶ  
 πάσχειν οὐκ ἄν εἰς μάχης καινοκράγῃμα θείη τις· θείους<sup>10</sup>  
 δὲ ναοὺς τυραννεῖσθαι, ἀλλὰ τοῦτο θεομαχία κρίνεται ἄν ἀγ-  
 χίθυρον. εἰστρέχοντες γὰρ καὶ εἰς αὐτοὺς ἑκάστους οἱ βάρ-  
 βαροι ἐποίουν πάνδεινα καὶ οἷα θεὸν ἐρεθίζειν εἰς ἄμνην.  
 καὶ ὅσους μὲν ἱεροὺς ἄνδρας, τεθωρακισμένους οἷον ταῖς  
 ἀγιωτέραις τῶν στολῶν, κατέκοπτον, τοὺς πλείους εἰς θάνα-<sup>15</sup>  
 τον, τοὺς μὲν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἐνθέου βήματος, τοὺς δὲ καὶ  
 ἐκτός, ὅποι τύχῃ εὔροιεν οἱ φονευταὶ ἐνστάτας παρὰ θεῶν·  
 καὶ ὅσον δὲ λαϊκόν, οἱ τοῦ στόματος πλήρους ὄντος τοῦ “κύ-  
 ρις ἐλέησον” ἀπηράσσαντο τὰς κεφαλὰς, ἐπανακρινόμενοι τί  
 τὸ “κύρις ἐλέησον,” καὶ γελῶμενοι. αἱ δὲ κατὰ λαγγεῖαν χραν-<sup>20</sup>  
 θεῖσαι σεμναὶ γυναικες ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ εἰς ἀγνεῖαν ἐπη-  
 ρεασθεῖσαι, ἰδοὺ εἰσι, καὶ πρεσβενέτωσαν κατὰ τῶν αἰτίων,  
 αἱ ὑπὸ γάμου ζυγόν, αἱ διὰ παρθενίαν ἄνετοι, αἱ νύμφαι

dem animalibus barbari parcebant, caniculis maxime, utpote latran-  
 tibus accurrentibusque: unde etiam canum illa penuria consecuta est  
 in urbe nostra; nam si forte unus vel alter relictus est, allatraverat  
 is et invaserat Romanos, Latinis de via decesserat cum gannitu: in-  
 tellexerant quippe etiam illa animalia, in quanta miseria essent. ac  
 possit quis cum ranis Seriphi insulae mutis cicadisque item Italis  
 canes nostros tum similiter elingues conferre.

Enimvero quod in viis concursatum est et vexatae sunt domus, rem  
 in bello minime miram quispiam dixerit; quod autem sacra templa  
 laedebantur, id vero pugnae adversus deum susceptae simile erat.  
 etenim omnia templa ingressi barbari nefasta patrabant, quae deum  
 ad propellendam iniuriam provocare viderentur. quot illi sacerdotes,  
 quasi armatos sacris stolis, plerosque ad necem, percutiebant, alios  
 in ipso sacro suggesto, alios foris, ubicunque homicidae ministros  
 dei invenissent! quot laicos, qui pleno ore precantes “domine, mise-  
 rere,” capite truncabantur, quid illud esset “domine miserere”, rogati  
 atque derisi. feminae autem honestae, in templis salacitate barbarorum  
 pollutae et castitatis decore privatae, adversus noxios prodeunt,

τοῦ Θεοῦ. καὶ μὴ μὲν ἓνα τινὰ συγχρωσθῆναι εἶη ἂν μετὸν  
τι κακόν· αἱ δ' ἐν τοιούτοις κοιναί, καθά τις ἂν εἴποι, ἀμί-  
δες οὐκ ἂν εὖροιεν κλαυθμὸν ἐπάξιον.

Ἔχω καλὸν τι ἐνταῦθα τῶν βαρβάρων εἰπεῖν, ὅτι φο-  
βεύειν τοὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιβαλόμενοί τινες ἀπέσυρον αὐ-  
τοὺς ἔξω γούν, καὶ οὕτω καθήρουν, τῷ ζῆν μετριάζοντες τὸ  
κακόν.

Οἱ δὲ τοῖς θείοις ἐνυβρίζοντες, καὶ τὰ μὲν τῶν σεβα-  
σμίων τυπωμάτων κατασχίζοντες, ὅσα μηδὲν τι γλαφυρὸν ἐκ  
10 τιμίας ὕλης εἶχον τὰ δὲ ψιλοῦντες τοῦ κατ' αὐτὰ κόσμου με-  
τὰ πληγῶν, οὔτε ταῦτα δρᾶν διεγνωσμένοι ἐχώρουν εἰς εὐ-  
φημον ἡμετέραν μνήμην, καὶ νῦν δὲ εἰς νοῦν ἐλθόντες ἡμῶν  
ἀποπτύονται. καὶ πῶς γὰρ ἂν τις γυμνοῦσθαι ἀνθρώπου  
ἐπ' ἐκκλησίας μαθὼν καὶ ἀχθόμενος ἀνάσχοιτ' ἂν μὴ οὐ χό-  
15 λῶ διαοραγῆναι, γύμνωσιν κειμηλίων θείων ἐγνωκώς; ὡς Θεοῦ  
ἀνεξικακίας, εἰ βάρβαρον ἄνδρα κατὰ τῆς ἱερᾶς καὶ φοβικτῆς  
τραπέλης ἀναπηδήσαντα καὶ ἐκκαλύψαντα τὴν αἰδῶ καὶ ἐνου-  
ροῦντα εἰς ἀκοντισμὸν ἀφῆκε ζῆν ἀνεχόμενος. ὡς σταυροὶ  
τίμιοι, τὸ ἡμέτερον κράτος, ὅσοις καὶ ὑμῶν οἱ μισροὶ ἐνέ-  
20 παιξαν· καὶ ἡ θεία δύναμις ἀτρεμοῦσα οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ  
ἐξεγερθῆσεται.

Τί ἂν τις ἐνταῦθα ἐκθείη καὶ ταύτην μιαιρίαν, ὡς τοῖς  
μὲν εἰς ὑέλου ἐκκλησιαστικοῖς λαμπτήρῳ ἐνεθόρον οἱ ἀσύν-

virgines iugo matrimonii maturae, propter virginitatem sacrosanctae,  
sponsae dei. et quidem si singulae a singulis pollutae essent, minor  
turpitude foret: sed quasi promiscua ista, ut quis dixerit, flagitii re-  
ceptacula nunquam digne poterunt desferri.

Laudandi hic mihi sunt barbari, quod quidam in templis ab-  
sconditos, quos trucidare cuperent, extrahebant certe et deinde occide-  
bant, in vita flagitium continentes.

Qui autem rebus divinis insultabant, et sacra simulacra alia di-  
scindebant, in quibus quidem nihil e pretiosa materia elaboratum  
erat, alia tundendo spoliabant ornamentis, nec tunc istud facere con-  
nati gratiam apud nos inibant, et nunc in memoriam revocati ab-  
horrentur. nam quomodo quis, qui homines in ecclesia nudatos cum  
indignatione audierit, teneat se, quo minus ira rumpatur, quum res  
divinas nudatas cognoverit? o patientiam divinam, quae barbarum  
in sacram et venerabilem mensam insilientem et pudendis nudatis ve-  
sicam exonerantem sustinuerit et vivere siverit! o cruces veneran-  
dae, fortitudo nostra, quotquot scelesti isti laeserunt! nec est, ut  
placida divina potentia non expergefiat.

Quid illam turpitudinem commemorem, quod candelabra eccle-

τακτοί, ὅσα καὶ οὐράναις, εἶποι ἂν ἡ τραγωδία, τοῖς δὲ τῶν οὐρῶν δοχείοις οἷα καὶ ποτηρίοις ἐκέχρητο; οἷ γε καὶ κατὰ φρεάτων ἀφιέντες προορρέειν τὸν τοῦ κατ' αὐτοὺς ἀσχοῦ προύχοντα πόδα, εἶτα ὑδρευόμενοι ἔπινον τοῦ μiasμοῦ καὶ τοῦτο πάλιν καὶ πάλιν, καὶ εἰσαεὶ κύκλον τοῦτον ἐλίττοντες ἀσελῆ. 5

Ἄλλὰ τοῦτο μὲν εἶη ἂν καὶ γελοῖον παραρριφέν εἰρωμῆ τινὶ καὶ αὐτό· ἃ δὲ ἀνόπιν συγγεγράφαται, ἀλλ' ἐκεῖνα μυρία προκαλοῦνται δάκρυα. ὅποιον καὶ τὸ τοῦ μυροβλύτου, οὗ τῷ τάφῳ ἐμπειαιότες μετὰ πελέκεων οἱ τοιοῦτων εἰς ποινήν ἄξιοι τὸν τε περίξ ἐπιπολάζοντα κόσμον ἐξ ἀργύρου κα- 10 τέκοψαν, καὶ τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς δὲ περιεῖλοντο χρύσειον στέφανον, καὶ μὴν καὶ τὸν ἕτερον ἀπήγαγον τοῖν ποδοῖν, ἵνα τάχα τὸ ποδῶκες τῆς ἐξ ἐκείνου δίκης ἐκκλίνας. κἂν ἐξέπραξαν ἕς τὸ πᾶν, εἰ μὴ τὸ θεῖον ἀντέβη καὶ ταχὺ ὄδηγῆσαν τοὺς κρείττους ἔν γε τοῖς βαρβάροις εἰς κωλύμην κατεπέτασε 15 τοῦ κακοῦ. εὐνοῦχος γὰρ τοῦ ῥηγός, ἀμιρᾶς τὴν ἀξίαν, πράττειν ὄξυς καὶ θερμός, οἷος φόβον βαθὺν καταπέμπειν οἷς ἂν ἄγριος προσενεχθεῖη, ἔφιππος εἰσελάσας, ὡς οὐκ ἂν τις ἐλπίσει, ἕως εἰς βαθὺ τοῦ θείου ναοῦ, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ ἐνόμισαν, διὰ περιφρόνησιν καὶ αὐτὸς κατ' ἐκείνον ὅς 20 ἐν τῇ τῆς μητροπόλεως καθολικῇ καθιππενύσας τὸν τε ἵππον ἀπέβαλε συγκατενεχθεὶς θραυσθέντα καὶ αὐτὸς οὐκ εὖ ἀπῆλ-

### 1. ἐνεούρου?

siarum vitrea effrenati isti tanquam matulas habebant, ut tragoedia dixerit, urinae receptaculis autem pro scyphis utebantur! quid quod iidem utris sui prominens ostium in puteos solvebant, deinde hauriebant bibebantque de mixtura, idque identidem, et perpetuo in obscenum istum gyrum acti.

Sed hoc quidem quamvis ridiculum ita interpositum esto, ne ipsum quidem praeter rerum ordinem. quae autem supra narrata sunt, ea vero lacrimas infinitas excitant. quale erat etiam, quod in sanctum, qui unguenta exsudat, patrarunt, cuius sepulcrum insolenter violarunt, securibus, quas ipsi meruissent, argenteam crepidinem dissecantes et coronam auream capiti impositam detrahentes: quia etiam pedem alterum abstulerunt, quo scilicet poenae ex eo consecuturæ celeritatem declinarent. atque ita forsân universa delevisent, nisi numen divinum obstitisset, et repente primores barbarorum commovisset et excitasset ad sistendam perniciem. namque eunuchus regis, amiras dignitate, acer et promptus ad agendum, et qui terrorem incuteret, ad quemcunque iratus accessisset, equo, quod vix credas, in intimum templum ingressus est, ipse quoque contemptu, ut plerique arbitrabantur, sacrarum rerum abreptus, illius ex-

λαξεν, ἀληθῶς δὲ κατὰ προμήθειαν, ἵνα καὶ ῥᾶον οὕτω διὰ  
 τῆς πυκνότητος τοῦ λαοῦ παρεισδύοιτο φευγόντων ἐκάστων  
 συμπατηθῆναι τῷ ἵππῳ, καὶ ἄποικτος δὲ ὧν βλέποιστο τε καὶ  
 ἀντιβλέποι τοὺς κακουργοῦντας, καὶ οὕτως αὐτοὺς ἀμύνοιστο,  
 5 — εἰσδραμῶν γῶν ὁ εὐνοῦχος οὕτω μετ' εὐγενοῦς ἵππου καὶ  
 τὴν μετὰ χεῖρα σιδηρέαν κορύνην κατάγων, συνεπιλαμβανο-  
 μένων ἅμα καὶ τῶν ἐφεπομένων θεραπεπόντων, οἳ καὶ αὐτοὶ  
 σφοδροὶ δρῶν ἦσαν, φόνους τε πολλοὺς ἐκόλυσε καὶ γυμνώ-  
 σεις ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ἃ δὴ ἐτρωθι κωλυθῆναι οὐκ  
 10 ἔσχε, καὶ τοὺς ἐπιβούλους δὲ τοῦ ἀγίου τάφου ἀπήγαγεν, ὡς  
 οὐκ ἂν ἐκεῖνοι ἤθελον, κερδήσαντας μόνα (μυρία δὲ ἦσαν  
 ἐκεῖνα) ὅσα πρὸ αὐτοῦ κατέσπασαν φθάσαντες. καὶ φόνους  
 μὲν τοὺς ἐκεῖ κατέσχευεν ὁ ἄρχων, τοῦ δὲ πνιγμοῦ τῶν φυ-  
 γόντων ἐν τῷ ναῷ οὐκ ἦν ἐπίσχεσις, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλ-  
 15 λαις καθολικαῖς, οὕτω καὶ ταύτῃ οὐκ ὀλίγη μοῖρα τοὺς ζῶν-  
 τας ὁ πνιγμὸς ἐδικαίωσεν, ὧν ὁ ἀριθμὸς ἐρίξοι ἂν πρὸς τοὺς  
 ἐπ' ἀκροπόλεως πεπνιγότας, ὡς ἡ ἀρχὴ τοῦ λόγου συν-  
 ἔγραψε.

Τί ἂν λέγοιμι τοὺς τῶν τεγέων οἴκων ἄνωθεν καθάλλο- 297  
 20 μένους ἐπὶ μελέτῃ θανάτου, ὅτε τὸ μέγα κακὸν καὶ αὐτοὺς  
 περιστοιχίζεν; οἳ πιτρύξασθαι εἰς αἰθέρα μὴ ἔχοντες, οὔπερ  
 ἐφίεντο ἂν, τὸ τῶν βαρέων ἔπασχον καὶ ἐλάκουν εἰς θάνα-

15. κἄν? 17. οὐς?

emplo, qui, quum in catholicam metropolis ecclesiam investus es-  
 set, deturbatus tum equum vulnere laesum amisit, tum ipse male  
 discessit, sed revera divina ductus providentia, quo facilius ita per  
 multitudinem hominum penetraret, ne ab equo conculcarentur cavent-  
 tium, et sublimis tum cerneretur ipse tum cerneret scelestos, atque  
 ita illos flagitio prohiberet — ingressus igitur est ita eunuchus cum  
 equo generoso, et, clavam ferream manu torquens, adiutus etiam a  
 domesticis comitantibus, qui et ipsi manu prompti erant, caedes  
 multas et virorum mulierumque spoliationes impedivit, quae aliter  
 impediri non poterant, et sacro sepulcro insidiantes abegit, quemad-  
οὐτε τεῖχος εἶδεν οὐθ' ὄπλον ἔτριψε. τὸν γοῦν ἐκκλησιαστικὸν ξενῶνα εἰσδραμόντας οἱ δεινοὶ καὶ κατὰ σκιῶν ἀνδρίζεσθαι πρῶτον εἰς αὐτοὺς ἀπησχόλησαν τὴ ξίφη, μετὰ δὲ κενὸν τὸ πᾶν ἀφῆκαν ὧν ἐντὸς ἔστεγε, τῶν τε πρὸς ἰατρείαν 5 καὶ οἷς οἱ τληπιθεεῖς ἐσκέποντο. καὶ νῦν τὸ τοιοῦτον καλὸν οὐκ ἔχει τινὰ ξεναγωγεῖν, ἀλλ' οἱ πρὸς νοσοκομίαν ἀπονεύοντες ἐρχόμενοι καὶ τὸ κένωμα βλέποντες καὶ τὸ πρὸς ὑγίειαν βοήθημα ὡσεὶ καὶ θανάτου καταγώγιον ἀποτροπιαζόμενοι, τύπτοντες τὰς αὐτῶν κεφαλὰς καὶ οἰμῶζοντες ὡς ἐπιτελεύτια 10 ἐπαναστρέφουσιν οἴκαδε, καὶ κείνται θανάτῳ ἐπιτρέψαντες ἑαυτούς. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἔστι θανάτις ἢ ψῆγμα τι νοσήλειον οὐδ' ἄλλοθι που τῆς καθ' ἡμᾶς ἐρημοπόλεως εὐρέσθαι, πάντων ὑπὸ τῶν καὶ ἀγροίκων καὶ ἀπηνεσιάτων ἐξηφανισμένων, οἳ οὐδεμίαν χάριν μὴ ὅτι γε καταπλουτοῦντες ἀλλ' οὐδὲ οἷ- 15 μαι εἰδότες, ἀνθρώποι ἀχαρίστεροι πάντων ὧν ἂν εἴποι τις, καὶ λόγον ἄλλον ἀπειρόκαλοι, καθότι τῷ χυδαίῳ τῆς πολιτεῦσεως καλοῦ παντὸς ἦσαν ἀπείρατοι, καὶ τῶν τοιούτων ἀπάντων ἀγαθῶν τὴν καθ' ἡμᾶς πόλιν ἀπορφάνισαν, ὡς μηκέτι θαναμῶζεσθαι τί δήποτε αὐτοὶ κατ' ἀνθρώπων θάνατοι αὐτό- 20 χρημα ἐξέβησαν, εἰ δίχα τῶν τοιούτων καὶ ἀλόγων ἀφειδεῖς ἦσαν κατὰ μανίαν τὴν καθ' ἡμῶν, καὶ ἀγγεῖοις ἐνύβριζον εἰς κατάκλασμα, μέχρι καὶ αὐτῶν λαγύνων καὶ ληκύνων καὶ εἴ τι φανλότερον.

quos nec moenia viderunt nec arma attriverunt. namque ecclesiasticum hospitium ingressi feroces, adversus umbras dimicaturi, primum enses illorum caede impediverunt, mox autem universum vacuum reliquerunt, quibus instructum erat ad miseros illos tum sanandos tum levandos. neque iam in pulcherrimum illud hospitium quisquam recipi potest, sed aegroti, qui cura indigent, quum accedunt et desolationem vident, illud olim praesidium valetudinis tanquam speluncam mortis aversantur plangentesque pectora et eiulantes tanquam moribundi domum redeunt, iacentque morti se commendantes. nam ne gutta quidem vel pulvis medicus in vastata urbe nostra usquam reperitur, rebus omnibus ab agrestibus illis et inhumanis hominibus deletis, qui gratia non solum affluentes, sed ne tincti quidem ulla, et opinione omnium duriores, quum ceteroquin immo dicuntur, tum propter administrationem temerariam commodorum omnium expertes erant, cunctisque illis bonis urbem nostram ita spoliarunt. ut nihil iam mirum sit, visos illos esse ipsius mortis quasi viva effigies, quandoquidem non solum hominibus, sed ne brutis quidem animalibus propter odium nostri pepercerunt, vasisque insultarunt, frangendi quodam furore acti, ad lagenas usque ampullasque olearias, et siquid vilius est.

Οἱ δὲ καὶ ἄλλως εἰς τόσον ἀγροικικῶς εἶχον ὥς μηδὲ ὀφθαλμοῖς ποτὲ διαλαβέσθαι δοκεῖν τὰ σπουδαιότερα. λινέ-  
 οἱς γοῦν σπειράμασι καὶ σακκίοις καὶ ῥάκσειν ἀγαθὰ καὶ  
 πολλὰ καὶ τίμια ἐγκείμενα πρὸς ἔριν ἀναλεγόμενοι τὰ μὲν  
 ἔνδον ἐξεργάζοντο, ἀνοίγοντες τὰ τῶν ἀγγείων στόματα, καὶ  
 συνεπάτουσαν, τὰ δὲ ἀχρεῖα δοχεῖα εἰς κόλπους παρέβονον, ὀβο-  
 λιαῖα ὡς τὰ πολλὰ ὄντα. καὶ τοιοῦτοι μὲν οἱ πλείους τὰ  
 πρῶτα ἐν ἀκμῇ τῆς ἀρπαγῆς· ἐπελθόντες δὲ οἱ μετ' αὐτοῦς  
 καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἔτι ἐφορτίζοντο τὰ ἐκκεχυμένα καλά  
 καὶ πλοῦτον συνέλεγον. ἦσαν δὲ καὶ αὐτοὶ ἀγενεῖς ἄγροικ-  
 οἱ, καὶ οὐδὲν ἀστεῖον πεπαιδευμένοι. τοῖς γοῦν κατ' ἐμπο-  
 ρίαν παρατετυχηκόσι, καὶ εἴτε ἰσχνότερον ἢ πρὸς πάχος δυ-  
 ναμένοις κτᾶσθαι τὰ ἐμπολώμενα, βραχὺ τι λαμβάνοντες κα-  
 τήλλατον τὰ τῷ βίῳ τίμια. καὶ ἔστι μαθεῖν ὥς διπλοῦς μὲν  
 ὁ χρυσός, ὁ δὲ ἄργυρος καὶ εἰς πολλαπλοῦν πονηροῖς εἰς ἄλ-  
 λαγμα χαλκίοις προῖετο. βίβλοι δὲ, ἃς ἀπολωλεκῶς τις δά-  
 κνυτο ἂν τὴν ψυχὴν διὰ βίον, καὶ φάρεα, οἷς πρὸ τῶν ἄλ-  
 λων φιληθοῦσιν οἱ Σῆρες, καὶ λοιπὰ ἔργα ἰστοῦ, οἷς ἀρα-  
 χνῶν μίτος ἐρίσειεν ἂν, καὶ ὅσα δὲ ῥίζαν γενέσεως φέρουσι  
 σκώληκα ἐργάτην τρυφεροῦ μηρύματος, οὐδ' αὐτὰ ἐφορὰ 20  
 ἦσαν τοῖς μηδὲν εἰδόσι καλόν, ἀλλὰ παρεργιπτοῦντο εἰκαῖον  
 τιμήματος.

### 9. Ἐκκεχυμένα T

Adeo illi rudes erant, ut ne oculis quidem discernere videren-  
 tur praestabilia. linteis certe fasciis, saccis pannisque conditas res  
 eximias et pretiosas, studiose quum collegissent, ipsas, apertis sacco-  
 rum ostiis, eiiciebant et conculcabant, misera receptacula in sinus  
 condebant, vix teruncii pleraque. atque ita quidem plerique ab ini-  
 tio in ardore rapinae faciebant; proximi autem post illos, et hos rur-  
 sus qui secuti sunt, collectis, quae effusae erant, opibus divitias sibi  
 comparabant. erant tamen hi quoque imperiti et agrestes, nec quid-  
 quam urbanum noverant. certe quidem iis, qui mercandi causa forte  
 adessent et sive vili sive magno pretio emere possent venalia, res pretio-  
 sissimas concedebant, exiguum quiddam numerum nacti. sciendum est  
 enim, duplici auri, multiplici argenti pondere redempta esse vilia vasa  
 aenea. libri autem, quos quis amissos per omnem vitam doleat ve-  
 hementissime, et vestimenta, quibus prae ceteris gentibus Seres de-  
 lectantur, et reliqua opera textoria, quorum vix aranea subtilitatem  
 aemuletur, quaeque originem ducunt a vermibus delicatissimi filii ar-  
 tificibus, ne haec quidem, inquam, homines illos omnium artium ex-  
 pertes delectabant, sed proiiciebantur pretio vilissimo.

Παρ' οἷς καὶ ἰδὲ τριγέρων οἶνος διὰ τὸ ἀγλευκὲς ἐξουθε-  
 νεῖτο οἷα καὶ τι φάρμακον οὐκ ἀγαθόν· οἴου δὲ οἴνου χρεῖα  
 καὶ μάλιστα ἦν τὰ τε ἄλλα καὶ διὰ τοὺς ἐν πληγαῖς. ἐξε-  
 χεῖτο γὰρ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ὑγρὸν ὡς εἰς ποταμούς· ὅθεν  
 5 οὔτε αὐτὸς ἦν οὔτε τι ἀκόλουθον μάλαγμα οὔτε ὁ καθ' εἰρ-  
 μὸν καταδέσμος. διόπερ οὐ μόνον κύκλω τοῦ τείχους τῶν  
 νεκρῶν κειμένων, καὶ περὶ σύμπαν δὲ τὸ τοῦ τοιοῦτου κύκ-  
 λου ἐμβαδόν, οὐκ ἦν ὁ θάπτων, ἀλλὰ καὶ οἱ πεπληγμένοι  
 προσθήκην ἐποιοῦν τῷ Αἰδῆ καὶ πράγματα προυξένουν τοῖς  
 10 θάπτουσι. ὃ γοῦν ὅσας ἐξεκένωσαν οἰκίας καὶ οἱ τραυμα-  
 τία, κατὰ πολυμερῆ ποσότητα ἐκλείποντες. καὶ οὕτω μὲν ὁ  
 γέρων οἶνος ἐκφορὰν ἔπαθε, συντεθνηκῶς οἶον καὶ αὐτὸς τοῖς  
 κινδυνεύουσι κατ' ἔνδειαν αὐτοῦ· ὁ δὲ νεογνὸς ὑπεσκίρτω  
 ζέων καὶ βραττόμενος, καὶ τὸ βράσμα ἦν τοῖς προσιεμένοις  
 15 καθὰ καὶ τι ἐμβόημα καὶ ἀπειλὴ βίου ὑπεξαγωγῆς. οἱ γὰρ  
 τούτου ὑποπιμπλάμενοι εἶτα τοῦ τῆς λήθης ἔπινον πόματος,  
 ὃ θάνατος οἶνοχόει, οὐ τοῖς ἡμετέροις μόνοις ἀλλ' — ὁ καὶ  
 προφέρων τῷ στόματι χαίρω — καὶ μάλιστα τοῖς Λατίνοις,  
 οἷς μέγα τι καλὸν αὐτὸς ἐκρίνετο, ἅμα ἐκπιέζουσι χερσὶ στα-  
 20 φυλάς καὶ ῥοφουσί χανθὸν τὸ νεόθλιπτον, ἵνα μηδὲ ταῖς λα-  
 γύνοις πρωτείου ὑποδοχῆς ἐκχωρήσωσι. καὶ ὀφείλομεν ἡμεῖς 305  
 τῷ τοιοῦτῳ βρασματῖα οἶνω χάριτας οἷα προσεταιρισμένῳ  
 κατὰ Λατίνων τὸν θάνατον· ὃν ἐπώτρυνεν αὐτοῖς καὶ τὰ

Ab ipsa dem vinum vetustius propter insuavitatem contemnebatur  
 tanquam insalubre quoddam medicamentum: quo vino in primis opus  
 erat quum ad alios morbos tum ad sanandos vulneratos. at liquor ille  
 eximius tanquam rivis profusum fluebat: unde nec illa medicina, nec  
 idonea leuimenta, nec apta vincula nobis reliqua erant. quare, quum  
 circa murum cadavera proiecta essent et per omnem aream muro con-  
 tiguam, non solum nemo erat, qui illa sepeliret, sed etiam vulnerati  
 cumulum tartaro addebant et negotium faciebant sepelientibus. quot  
 enim domos vacuas fecerunt vulnerati, multiplici varietate pereun-  
 tes! atque vinum vetustum quidem efferebatur, ipsum quoque quasi  
 extinctum cum his, qui propter illius periclitarentur penuriam; vinum  
 recens autem effervescebat, aestuans atque fermentans, eratque fer-  
 mentatio illa appetentibus quasi vox quaedam et minatio mortis. nam  
 qui illo replebantur vino, quasi potum oblivionis imbibeant, a morte  
 non solum nostris ministratum, sed — quod gaudio exultans dico  
 — Latinis maxime, quibus illud bonum eximium videbatur, qui-  
 que simul manibus uvas pressabant, et liquorem recens expressum  
 avide hauriebant, ne in lagenas e receptaculo priore effundendum  
 esset. ac gratias debemus fermentanti illi vino, quippe quo Latinis

ἄνεια κρέα, οἷς τὰς γαστέρας πλησμίως ἔσαστον. οὕτω δὲ καὶ τὰ ἐκ βοῶν καὶ τὰ καλὰ σκόροδα, δι' ὧν ὁ καθ' ἡμῶν κλη-  
 ρος ἐσώζετο, καταψάλλων καὶ καρπιζόμενος τὰ ἐς ζωὴν, καὶ  
 οὕτω τιννύμενος τοὺς φόνους οἷς ἐκεῖνοι τοὺς ἡμετέρους ἐνέ-  
 ριψαν, καὶ μακαρίζοντες οὐκ αὐτοὺς ἀλλὰ τὴν νόσον, ἥδη<sup>5</sup>  
 δὲ που καὶ τὸν θάνατον κατὰ τοὺς ἀπὸ Γαδείρων, παρ' οἷς  
 ὁ Αἰδης ἐκτετίμητο, εἰ καὶ μηδεμίαν χάριν οἶδε θάνατος κα-  
 τὰ τὸν τραγῳδόν.

Τὸν δὲ συχρὸν τοῦτον Λατινικὸν θάνατον αὐτὸς ὁ Ἀλ-  
 δουίνος ἐτράνωσε, περιλυπὸς ἴφραμενος ὑπὲρ χιλιάδας τρεῖς<sup>10</sup>  
 μεγάλων αὐτοῖς ἀνθρώπων ἐκ νόσου πεσεῖν. σωρὸς οὕτως  
 ἡδὺς ἡμῖν, εἰ καὶ μὴ ἀντεσῆκου πρὸς τὴν ἐξ ἡμῶν στοιβήν.  
 συναριθμουμένων δὲ γε καὶ τῶν ἐν πολέμῳ πεπτωκότων εἶ-  
 χομεν παραμυθίαν πλείονα. ὁ αὐτὸς γὰρ αἰτιώμενος ἄλο-  
 γον ἀντιστασίαν ἡμῶν καὶ ζημίαν ἐντεῦθεν τοῦ ῥήγος, ἐξε-<sup>15</sup>  
 τραγῳδῆσεν ὑπὲρ τρισχιλίους πεσεῖν ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ τείχους  
 ἔξω καταπεμπομένων βελῶν, δίχα γε τῶν ἐν προνομαῖς πι-  
 πτόντων ἢ καὶ ἄλλως, ὡς ὁ τοῦ πολέμου κύβος ἔρριπτε καὶ ὁ  
 τῆς δίκης τροχὸς κατεκύλιεν, εὐστροφα περιφερόμενος. πολ-  
 λούς δὲ καὶ λιμὸς ἀπῆγεν· ἐστενοχωρεῖτο γὰρ καὶ σφίσι τὰ<sup>20</sup>  
 ἀναγκαῖα.

Καὶ οὕτως ἡμῖν ἐπεσταλάττετο νέκταρ παραμυθίας τῆ

mors parata sit: quam iisdem etiam accelerabant carnes porcinae, quibus ventrem differiebant. similiter etiam laudanda sunt caro bubula et praeclarum allium, quibus ordo noster servabatur, celebrans et usurpans res ad vitam necessarias, atque ita ulciscens caedem, qua illi nostros perdidit, et laudibus non illos ferens, sed morbum et ipsam adeo quasi mortem, Gaditanorum more, a quibus olim Tartarus colebatur, etiamsi nullam mors gratiam novit, ut apud fragi- cum est.

Frequentem autem illam Latinorum mortem ipse Alduinus declaravit, quum tristis narravit, plus ter mille Latinos validos morbo perisse. acervus iste nobis iucundus erat, etiamsi non compensabat densam e nostris pereuntium multitudinem. adnumeratis tamen iis, qui in bello ceciderunt, consolationem maiorem habebamus. namque idem ille renitendi imprudentiam nostram accusans, et inde repetens regis adversus nos severitatem, querebatur, ter mille amplius telis de muro deiectis occisos esse, praeter illos, qui in eruptionibus aliasve perierant, prout tessera belli cadebat et rotaolvebatur iustitiae, facili ruentis impetu. multos etiam fames exstinxit: namque illi quoque angustiis annonae premebantur.

Ita igitur instillatum nobis est nectar solatii imminutione exer-

ὑποκαταβάσει τῆς πολεμίῳ στρατιᾶς, ἣν οἱ δεξιῶς φιλιωθέν-  
 τες ἡμῶν Λατίνοι (πολλοὺς γὰρ ὑπηγόμεθα, πραγματευόμενοι  
 τὰ ἐκ Θεοῦ) ἐξεκάλυπτον, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα χιλιάδας πεζῆ  
 ἐπελθεῖν. ὧν χίλιοι μὲν πεντάκις φερέγγυοι ἐμαρτυροῦντο  
 5 ἵπποται εἶναι πενήκοντα χιλιάσι Ῥωμαϊκαῖς ἐναντία κατὰ  
 τὴν ἐκείνων δόξαν ἀντιδραμεῖν, τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν ἵππο-  
 τοξόται ἦσαν, οἱ δὲ ψιλῆται, καὶ ἄλλως δὲ μεθ' ὄπλων χρη-  
 σιμοί. συνεπλήρουν δὲ τὸν πολὺν ἐν αὐτοῖς ἀριθμὸν καὶ ἀν-  
 δρες, φασί, τοῦ ῥιζίκου, μήτε διάρια λαχόντες ἐκεῖνοι ἐκ τοῦ  
 10 ῥηγὸς μεθ' ὑπόσχεσιν, ἐπακολουθήσαντες δὲ τῷ λοιπῷ στρα-  
 τῷ, εἴ πως τῶν ἔργων συναιρόμενοι τὰ ἐκ τύχης εὗροιεν ἀγα-  
 θά. καὶ τοσοῦτοι μὲν τὸ πεζόν, τὸ δὲ ναυτικόν — ἀλλ' αὐ-  
 τοὶ δῆλοι κατ' ἀριθμὸν τὸν ὑπὲρ διακοσίας νεῶν, σὺν γε τοῖς  
 πειραταῖς, οἳ καὶ αὐτοὶ μηδὲν ῥηγικὸν ἔχοντες τύχης δώροις  
 15 ἐπέτρεψαν ἑαυτούς. ὑφ' ὧν κατὰ γῆν τε καὶ θάλασσαν πιε-  
 σάντων ἡμᾶς ἐξεθλίβημεν τῆς ζωῆς καὶ οἱ μὲν θανάτῳ κα-  
 τεσπιάσθημεν, οἱ δὲ, τοῦ Αἰδου τὸ στόμα συγκλείσαντος οἷς  
 οἶμαι κεκόρεστο, ἡμιθνήτες ἐμείναμεν.

Ἄλλ' ἐνταῦθα παρεκβεβηκότες καθ' ἰστορίας ἀνάγκη  
 20 ἀναδραμονόμεθα πρὸς μικρὸν αὐθις, ἐκφῆναι τὸ καὶ πτωχι-  
 κὸν καὶ ὑπόπαχυν τῶν κατακλυσμοῦ δίκην παρασυράντων τὰ  
 πολιτικά. οἱ τὰ μὲν τίμια εὐήθως καὶ ὡς οἶα βρεφικῶς

citus hostilis, cuius numerum Latini quidam, quorum callide nobis amicitiam conciliaveramus (multos enim in partes nostras pelliciebamur de rebus divinis disputando), nobis prodiderunt, octoginta plus millia militum terra advenisse: e quibus, quinquies mille iusti nominis equites esse affirmabant, quinquagies mille Romanis ex ipsorum quidem sententia pares; reliqui partim equites sagittarii, partim sive levis sive gravis armaturae pedites erant. aderant autem, qui ingentem illorum numerum complebant, etiam viri, ut dicunt, rizici, qui neque stipendia a rege nec promissa accipiebant, sed reliquum exercitum comitabantur, si forte sibi rerum sociis fortuna aliquid oblatura esset. atque haec quidem copiae terrestres erant. classis autem manifesto excedebat numerum navium ducentarum, cum piratis quidem qui et ipsi stipendium regium non merebant, sed donis confidebant fortunae. ab his igitur terra marique circumsessi, suffocabamur paene, et partim morte abrepti sumus, partim semianimi, Tartari quippe faucibus satietate, opinor, oclusis, relictus sumus.

At enim a degreessione hac pro necessitate historiae facta revertendum est parumper ad significandos tum mendicos tum praedivites quosdam, qui quasi diluvium quoddam bona rei publicae pesumdabant: qui res pretiosas stulte et quasi infantium instar prode-

ἀπεδίδοντο οὐδ' ἂν τις αὐτοῖς χειρίσειε, τῶν δὲ λοιπῶν οὐδὲν ἢ βραχὺ τι παντελῶς ἀνέθιστων τίμημα, καὶ μάλιστα τῶν ὅσα ἐξοπλίζει χειρομάχαν πληθύν. ἀλλ' εἶχον αὐτὰ εἰς χίμα προκείμενα αἱ λεωφόροι, τὰ ἐλαιώδη εὐώδη, τὰ στακτὰ εὐοδμα, τὰ ξηρά, τὰ κατὰ πόσων, τὰ πρὸς τρυφήν, τὰ πρὸς βα-5 φήν, τὰλλα οἷς διοικονομεῖται βίος καθάρσιος. ζύλον γοῦν εὐοδμον εὐρεῖν ἐκπελέκημά τι αὐτοῖς ἦν ἰδεῖν· ἡ εὐγενὴς ἀσταφίς ἄνθρωκος ἐσβεσμένου τμήμα ἐφάνταζεν ἐκείνοις· τὸ φέδεον στάγμα εἰς ὕδωρ ἀχρεῖον ἐτάσσετο, καὶ τὰ ἄλλα ᾧδὲ πη παρενοῦντο, ἵνα μὴ διασκευάζων εἰς πλεον θηριώδη ἄγροι-10 κίαν δοκοίην ἀπανθροπίζεσθαι. καὶ ἦν θανμάζειν ὡς κρικῶν μὲν σιδηρέων καὶ ἡλαρίων καὶ μαχαιριδίων καὶ πυρείων καὶ βελονίων ἐπιμελῶς εἶχον ὡσεὶ καὶ μεγάλων τινῶν, τὰ δὲ ἄλλως ἄδρά ποσὶν ἐδίδουν πατεῖσθαι. ἔλπε δὲ τὸ θανῆμα ἢ κατ' αὐτοὺς ἀπειρία καὶ τὸ πρὸς βίον ἡμερον καὶ πολιτικὸν<sup>15</sup> ἀνέθιστον.

Ἐπεῦθεν οὖν κατὰ τὴν Κερκυραίαν παροιμίαν ἦν ἐπιλέγειν αἰσχυρῶς καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς πόλει τὸ ἀπευκταῖον ἐλεύθερον, ὡς ἐξὸν ὄν καὶ ἐν ταύτῃ ἀποπατεῖν, ὅποι ἐθέλει, τὸν βουλόμενον. οὐκ ἂν δὲ τις ἐπ' αὐτῆς ἀφνωδῶς εἴποι καὶ ἐρη-20 μίαν μεγάλην εἶναι τὴν μεγαλόπολιν, καὶ ἐρημίαν οὐ Σκυθῶν, οὐ μὴν οὐδὲ Λατίνων τῶν ἐλόντων, ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν, οἱ ψυγέντες ἀμαρτιῶν βαρυντάτῳ χειμῶνι ἔρημον τηλικαύτην

bant pretio quocunque oblato, rebus ceteris autem, illis maxime, quibus multitudo pugnae cupida instrui posset, aut nullum aut admodum exiguum pretium constituiebant. itaque in plateis varia copia dispersa erat, olea fragrantia, odores suaves, suffimenta, medicamenta, instrumenta luxuriae, pigmenta, cetera, quibus vita delicata eget. ligna fragrantia certe si quis reperisset, assulas esse putabant; eximia uva passa particula carbonis iisdem videbatur; odores rosei pro vili aqua habebantur, atque ita reliqua omnia perperam iudicabantur: nolo enim amplius feram illam imperitiam depingere, ne ipse videar humanitatem exuisse. mirum autem erat, quam cupidè annulos ferreos, clavulos, cultros, igniaria, acus, tanquam magnum quiddam, conquirent, res eximias et pretiosas pedibus calcari paterentur. sed mirationem tollebat magna eorum ignorantia ac vitae clementis et urbanae imperitia.

Possim hic turpe illud proverbium Corcyraense de libertate detestabili in urbem nostram transferre, in qua similiter licebat ventrem reddere, ubicunque placuisset. etiam haud inepte quis magnam hanc urbem magnum desertum appellaverit, desertum illud non Scytharum, nec vero eorum, qui illam expugnarunt, Latinorum, sed no-



πόλιν ἀφέντες ἐθέμεθα, καὶ τὴν Σικελικὴν Σκύλλαν ἐπηγαγό-  
μεθα. εἶθε μὲν οὖν Σκύλλαν, ὀλίγαις ἡμῶς κεφαλαῖς ζημιώ-  
σουσαν. ἄρτι δὲ Χαρυβδὶς ἡ κείθεν κατέσπακεν ἡμῶς, ὁλέ-  
θριον ἀναρροιβδήσασα.

5 Καὶ ἦν μὲν ἐνταῦθά μοι τόπος θρήνων κατάρξαι καὶ  
ἀποιμώξασθαι τὰ ἐφ' ἡμῶς κακά· οὔτε δὲ γέροντι τὰ τοι-  
αῦτα προσευπορεῖται, καὶ οὐδὲ θεοῦ ἐπίσκοπος τοιούτοις λό-  
γοις ἤρέπων ἐστίν, ἀλλ' ἡ μόναις εὐχαριστίαις καὶ δόξῃ τῇ  
εἰς τὸν ὑψιστον, ἐξ οὗ καὶ δι' οὗ τὰ ἡμέτερα. τί δὲ δὴ κο-  
10 λυεῖ ἐν γούν τοῦτο μόνον εἰπόντα με πεπαύσεσθαι, ὡς εἴ τις  
ἐρεῖ μὴ ἂν ἰδέσθαι πῶ τὸν ἥλιον ἄλλοθι μείζω πάθῃ, οὐκ ἂν  
ἔξω λόγου ἀπισχυρίσαιο; καὶ εἶπερ εὐρήσω τὸν ἀντιπесоῦ-  
μενον, ἀλλ' ἐνταῦθα οὐκ αἰδέσομαι εἰς λαλιὰν οὔτε τὸ βαθὺ  
γῆρας οὔτε τὴν ἐπισκοπὴν, ἀλλ' ἐνοστήσομαι, καὶ ἐπαγωνισά-  
5 μενος οὐκ ἂν πόρρω σκοποῦ τὸ τῆς ῥητορείας βέλος ῥί-  
ψαιμι.

Τοιοῦδ' ἀπέβη τόδε πρῶγμα, εἴ τι χρὴ τραγωδικῶς συν-306  
τελέσαι τὸν λόγον, ἔνθα τὸ πάθος τραγωδίας ἄξιον καὶ οὔτε  
λόγῳ καθ' ὄλον οἶόν τε παραστήναι οὔτε κατὰ ἔργον φέρε-  
10 σθαι. εἶη δὲ μέχρι τοῦδε λωφῆσαι τὸ πᾶν, μὴ καὶ ἀκούσω-  
μεν καὶ αὐτοὶ ὡς οὐκέτι ὁ τοῦ θεοῦ καθ' ἡμῶν θυμὸς ἀπε-  
στράφη, ἀλλ' ἔτι ἡ χεῖρ αὐτοῦ ὑψηλὴ καὶ οἶα τε κατενεχθεῖ-

## 2. εἶτε T

strum ipsorum, qui frigore peccatorum gravissimo oppressi urbem tam  
eximiam deseruimus desolatamque reliquimus, Sicula Scylla introdu-  
cta: imo vero fuisset illa utinam Scylla, paucis nos capitibus mulcta-  
tura; sed ipsa nos Charybdis corripuit, in perniciem cunctos pessum-  
data.

Atque est quidem hic locus lamentandi et miserias nostras de-  
plorandi: sed nec seni talis molestia imponenda est, nec episcopum  
tales decent declamationes, sed solae gratiarum actiones laudesque dei  
omnipotentis, ex quo et per quem sunt omnia nostra. quid tamen  
impedit, quominus hoc unum certe commemorem, haud perperam il-  
lum iudicaturum esse, qui solem nullam unquam adspexisse miseriam  
graviorem dixerit. cui quidem opinioni si quis obloqui voluerit, tum  
vero a declamando neque senectute neque episcopatu prohiberi me  
patiar, sed acriter repugnabo, nec a scopo me aberraturum esse telo  
orationis confido.

Talem res illa exitum habuit, si quidem sententia tragica oratio-  
nem concludi oportet, quoniam calamitas tragoedia digna est, neque  
aut verbis prorsus attingi, aut re ipsa ferri potest. utinam autem  
omnis hic miseria cessaverit, ne andiamus posthac, nondum vertisse

σα πατάξει εἰς θάνατον. οὐκ ἀκουσόμεθα δέ, μένειν θεοῦ κατ' ἡμῶν, εἴπερ διορθωσόμεθα. διορθώσεις δὲ ἡμῖν ἔσται, εἰ μεταβαλώμεθα τοῦ περιπονήρου βίου, δι' ὃν ἡμῖν ταῦτα ἠμάρτανά γάρ νοῦς πλανάτω φίλαυτος, ὡς οὐκ ἐνδίκως πεποινηλατήμεθα.

Πρῶτος οὖν ἐγὼ πρὸ ὀφθαλμῶν ἰσταμένους τοὺς τῶν ἡμῶν κακιῶν ἐλέγχους ἀναθεωρῶ, καὶ ποτηνῶμαι θεοκλυτῶν περὶ ἐλλείους θεοῦ, καὶ πως ἐκ τοῦ δικαίου ἔφεσιν πρὸς τὸ φιλάνθρωπον τίθεμαι, μὴ ἔχων ὑφίστασθαι, εἴπερ ἀνομίας παρατηρεῖ κύριος. μεταβλητέον οὖν ὅσον τάχος. οὐκέτι γὰρ οἱ πλείους, ὡς βλέπω, μεταβολὴν τὴν χρηστοτέραν ἠλλάγμεθα. μενοῦνγε φιλοτιμούμεθα καὶ αὐτοὶ λέγειν “ἰδοὺ καὶ πάλιν ἡμεῖς· τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν,” ὡς μηθενὸς ἡμῖν φραῦλον ἐπιψηφισαμένου μηδέν; ὡς τῆς ἐν ἡμῖν δυσαισθησίας (μὴ μοι δὲ γένοιτο καὶ ἀναισθησίας εἰπεῖν) ἐν τῇ μὴ τὰ αἴτια καὶ κατασκέψασθαι καὶ ἐκ ποδῶν ποιήσασθαι, ἀφ' ὧν ἡμῖν κατεβρέχθη κεραῦνια κακὰ, δι' ὧν ἐκτεφρωθέντες πληγὰς ἐνετριβήμεν ὥσπερ οὐκ ἂν οὐδ' εἰς μακροὺς ἐνιαυτοὺς ἀπαλαθυσόμεθα.

Εἰσὶ δὲ ταῦτα (οὐ γὰρ ὀκνήσω καὶ πάλιν τὸ τοῦ λόγου χεῖριστάμενος ἄροτρον ἀναπολῆσαι τὴν κατ' ἐμὲ πνευματικὴν ταύτην γῆν καὶ τὸν θεῖον σπόρον, ὡς εἰδίσται, καταβαλεῖν) οἱ φθόνοι, τὸ πρεσβύτατον κακόν, τὸ τοῦ καλλίστου ζώου

dei adversus nos iram, sed elatam etiam nunc paratamque esse manum eius ad prosternendos nos. non audiemus autem, irasci nobis deum, si restituti erimus. restitutio autem erit, si relinquamus vitam scelestam, propter quam ista nobis acciderunt. namque neminem fallat mens sui amantior, ac si immerito afflicti fuerimus.

Primus ergo ipse oculis obversantia peccatorum meorum documenta reputo, atque supplex rogo deum misericordem, et quodammodo a iustitia ad gratiam provoco, quippe qui subsistere nequeam, si delicta respiciat deus. mutanda igitur est mens quam citissime. namque plerique, ut video, nondum experti sumus mutationem salutarem. an dicere audebimus “en nos rursus: quis est dominus noster,” acsi nemo possit ullius nos peccati arguere? vae surdastras (absit ut dicere debeam surdas) aures nostras, quod non sentimus removemusque causas, unde fulmina in nos delapsa sunt terribilia, quibus contriti et plagis afflicti sumus, quas ne inultorum quidem annorum spatio prorsus sanare poterimus.

Sunt autem (neque enim cunctabor, orationis rursus aratrum capessens, hunc meum agrum spiritualem arare, et semen, ut solebam, coeleste serere) causae illae invidia, malum vetustissimum, et animalis

μέγα αἴσχος, τὸ δεινὸν τοῦ καταπεσόντος ἑωσφόρου θέειον, ὃ συνεφήσατο τῆς ἐν ἡμῖν κακοποιῶν κεραινώσεως· οἱ συγγέροντες τῷ φθόνῳ τῷφοι, ὡς οὓς ὁ ὡς εἶπεῖν τυφογέρων δαίμων ἀναβιβάσας ἡμᾶς, καὶ προσκνηθεῖς ὡς ἐπὶ βασιλείαις τισὶν, εἶτα κατέρριψε κάτω βαλὼν τοὺς πολλοὺς καὶ εἰς τάρταρον· αἱ διαβολαί, αἱ τὰς θανασίμους καθ' ἡμῶν ἀπεύθυναν βολάς· τὸ βαθὺ ψεῦδος, οὗ ἕνεκεν ὁ τῆς ἀληθείας θεὸς ἀπῆρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξ ἡμῶν· τὸ φιλοχρήματον, οὗ κατ' αἰτίαν εὖ δεδικαιωμένοι πάντων χρημάτων ἀπεγυμνώθη-

10 *μεν, δίχα γὰρ τῶν καὶ εἰσέτι τῷ φωλεῶ τούτῳ ἐπωαζόντων, κακείθεν καταθραυσνομένων τῶν μὴ φωλεοὺς ἐχόντων ἐνθα κλινοῦσι τὰς κεφαλὰς (οἱ βλέπετοσαν μήποθεν ὄφεις, ὁποῖους χρὴ δεδίεσαι, ὑπερπύσας ἀχρειώσῃ αὐτοῖς τὰ τῆς φωλείας ὡς μὴ τελεσφορηθῆναι εἰς νεότευσιν)· αἱ ἐπὶ δίκη συκο-*

15 *φανταίαι, αἷς ὑπερμισήσας ὁ δίκαιος ἐδικαίωσεν ἡμᾶς, οἷς οὐκ ἂν συκοφαντίαν προηγησαμένην ἐπικαλέσαιμεν· οἱ ἐπὶ δαυείσμασι μετρίοις ἀσυμμετροὶ καὶ βαρεῖς τόκοι, οἷς οἱ ἀπάλαμνοι κατεπονοῦντο καὶ ἀπέριττοι καὶ ἀπεριουσίαστοι, οὓς ἐλεήσας ὁ τὰ ἐλαφρὰ φοριζῶν θεὸς καὶ τοὺς κοπιῶντας καὶ*

20 *πεφορτισμένους προκαλούμενος εἰς ἀνάπανσιν μάχαιραν κατηκόνησεν ἐξωθέν τε καὶ ἔσωθεν, ἀτεκνοῦσαν τοὺς τοῦ τοιούτου τόκου πατέρας, οἱ μὴδὲ τῆν ἀρχὴν σπαρῆναι πρὸς πατέρων ὄφειλον· εἰ δὲ καὶ ἐκ τῶν ταμειῶν φόβος τοῦ τοιούτους ἔσχε, καὶ οἶδαμεν καὶ οἶδασι.*

praestantissimi magna turpitude, quasi horrendum fulminis delapsi sulphur, quo flagrabat fulmen nobis exitiosum; tumor invidiae coaevus, nos, ut ita dicam, inflavit daemon tumendi vetustus, adoratusque tanquam pro dignitate regia, mox plerosque in tartarum detrusit; calumniae, quae mortifera nobis tela intenderunt; mendacium reconditum, cuius causa deus veritatis avertit a nobis oculos; divitiarum cupido, propter quam merito damnati bonisque omnibus exuti sumus, praeter illos, qui etiamnunc nido huic insident, indeque despiciunt eos, qui non habent, ubi deponant caput: qui videant, ne serpens, quales timendi sunt, surrepat et nidi ova illis perdat, ut pulli provenire non possint; falsae in iudiciis criminationes, quas nimium detestatus deus iniustitiae ultor ultus est etiam eos, quibus falsas illas criminationes non tribuerim; pro credito modico fenus immodicum et grave, quo homines inopes, egeni et pauperes oppressi sunt, quos miseratus deus, qui onus leve imponit, et fatigatos onustosque invitavit ad quietem, ense domi forisque destrinxit, quo liberi privantur talium foenorum auctores, qui ipsi omnino ne debuerant quidem patribus generari: qui tamen timuerintne sibi a praetoribus, tum nos scimus tum ipsi sciunt.

Προσλογιστέον τοῖς φαύλοις ἐν ἡμῶν αἰτίοις καὶ τὸ τῆς φιλίας εὐπεριφρόνητον καὶ οὐ μακρόβιον ἀλλ' ἐφήμερον· ὄθεν κεινημένοι τὸ ἄγριον βίεβαρον διέθεντο εἰς ἡμᾶς τὰ διὰ βίον θρηνηθῆσόμενα. συντακτέον τούτοις καὶ τὸ ἀχάριστον καὶ ἀπάσης χάριτος εὐεπίληστον καὶ οἷον θνήσκων τα-<sup>5</sup> χύ, ὡς ἄμικ ἠλεῖσθαι τινα καὶ τεθῆναι τὴν χάριν κατὰ τὴν παροιμίαν· διὸ ἤρπασεν ὁ θεὸς ἀφ' ἡμῶν τὰς χάριτας, αἷς ἐκ μακροῦ τὸ καθ' ἡμᾶς λάχος ὠραίοστο. προσγραπτέον καὶ τὸ ἀνηλεὲς ἐπὶ τοὺς βραχύ τι προσκρούοντας, ἐξ οὗ τὸ καταρρῖψαν ἡμᾶς ἄρτι ἀνηλεὲς τὸ δικαιοτάτον, εἶπερ οὐ μικρά<sup>10</sup> τινα ἡμεῖς ἀλλὰ μυρία προσκεκρουκότες οὐ τοσαῦτα τίνομεν. προσενθυμητέον οὐχ ἥμισυ καὶ τὴν τῶν θεῶν περιφρόνησιν, τὸ χειρίστον, καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῖς γέλων, ἐξ ὧν περιπεφρονήμεθα οὐ πρὸς καταγέλων ἀλλὰ πρὸς ὄλεθρον. ἢ γὰρ οὐκ οἶδαμεν τοὺς ἐν ἡμῶν δρογλυφοῦντας τὰ τῶν ἁγίων, καὶ<sup>15</sup> ὑποσπωμένους αὐτὰ εἰς κληρονομίαν, καὶ καυχωμένους ὡς ἐφ' οἷς θεὸς ὑπνοῦν προσοποιεῖται αὐτοὺς νηφαλίους ὄντας καὶ πρακτικούς;

Ἀναβάλλομαι περιηγήσασθαι νῦν κατ' ἐξαίρετον καὶ τὰ κατὰ τοῦ πολιούχου ἡμῶν μυροβλύτου, καὶ τὰς θρασείας<sup>20</sup> ἀναιδείας ἐκεῖνας, καὶ ταῦτα ἐπὶ πράγμασιν ἃ προυκαλεῖτο καὶ ἐγκαλύπτεσθαι, ὧν μάρτυρες ἀπαράγραπτοι καὶ πύλαι περίοπτοι, κολαφθεῖσαι ἄξιναις εἰς βαθύ ποτε καὶ προτιλοῦ-

Annumeranda est vitiiis miseriae nostrae causis etiam nimis circumspecta et non totius vitae, sed unius diei amicitia: unde excitati barbari feroces facinora in nos ediderunt, quae per omnem vitam deplorabuntur. iungendum iisdem etiam vitium ingrati animi, omnis gratiae expers et mortis instar velox, ut simulac cui contigerit misericordia, emoriatur illa secundum proverbium: quare deus eripuit nobis gratias, quibus diu sors nostra ornata fuerat, addenda severitas adversus quamvis leviter peccantes: unde severitas, quae nos prostravit, iustissima est, siquidem non levia quaedam, sed infinita peccavimus, quorum poenas non pares luimus. nec minime huc referenda est rerum divinarum contemptio, vitium gravissimum, earumdemque dirisio: unde contemptum experti sumus non ad risum quidem, sed ad perniciem. an nescimus fuisse inter nos, qui bona sanctorum violarent traherentque in patrimonium, gloriantes illos, ut quibus deus indormire se simulat, sobriosque eosdem et circumspectos.

Gestio equidem enarrare nunc etiam accuratius de praeside urbis nostrae, qui unguenta exsudat, et insolentia ista impudentissima, idque in rebus quidem, quae opperienda erant, quarum testes recusari nequeunt et fores undique sunt conspicuae, securibus quondam alte

σαι θράσος ὑψιστον· ἔτι δὲ καὶ τὰς περιέργους συνδρομὰς καὶ καταδρομὰς, ἃς τὸ ἔναγχος οἶδε θέρος, εἰς οὐδὲν δέον.

Ἄλλ' ὥστε οὐ τοῦτο δὴ τὸ ἐλαφρὸν δη[λω]σαι δίκαιον ἄνδρα, οἷα δύσχρηστον τοῖς δυσαρέστοις, ἀλλὰ καὶ κρύψαι βεῖς γῆν· τὸ βαρύτερον προσεπιλεκτέον τοῖς αἰτιατέοις· καὶ τοὺς κατ' ἀλλήλων ψιθυρισμοὺς ἐφ' οἷς οὐκ ἔχρη, οἱ βοῦς μάχης ἀφύκτου ἡμῖν ἐπέροηξαν· τὰς ἐπὶ παραθήκαις ἀποστερήσεις, ἃν ἔνεκεν ἐπεπλουτίσθημεν, εἰ καὶ γελοῖσι κἀνταῦθα πάντες οἱ ἔτι ἄνδρες τοῦ πλούτου· τὰς τῶν γραμματίων ἀποπροσποιήσεις, ἃν σταυροῦ τιμίον τύπος προλάμπων εἶτα 307 καὶ μνήμη τῆς ἁγίας τριάδος τοῦ ἑνὸς καὶ μεγάλου θεοῦ ἐπεισάγει προγεγραμμένην πρὸς ἑκάστου τῶν οὕτω συναλλαττόντων, ὡσεὶ καὶ ὠμνον· ὅπερ κατ' ἐπιτοκίας ἔγκλημα ἔξεπολέμωσεν ἡμῖν φανερωῶς τὸν θεόν.

15 Τί μοι ἀναμετρεῖν τὰ πλείω αἴτια, ἔνθα μὴ πάνυ καιρός; ἀρκέσει μόνον εἰπεῖν ὡς δίκαιος ὁ θεὸς καὶ δικαιοσύνας ἀγαπᾷ. διὸ οὔτε μερίς αὐτῷ πρὸς τοὺς μὴ τοιοῦτους, καὶ οὐδ' ἂν ἀνήσει ποτὲ συχναῖς μεθόδοις μετερχόμενος τοὺς ὅσοι τοῖς ἀδικοῦσι συνεχετᾶζονται.

20 Δοκῶ μοι, ὃ πολῆται καὶ δι' ὄλων συναεθλευταί, καὶ ὑμεῖς δέ, ὃ νηλυδες, ἡκριβωσάμην διαγράψας τὰ καθ' ἡμῶς

percussae et audaciam summam expertae; praeterea de ineptis illis concursibus cursitationibusque, quas aestas proxima vidit, nihil illas utiles.

Verum ut haud oporteat ista quidem leviora commemorari ab homine iusto, quippe quorum mentio inutilis sit hominibus implacabilibus, sed etiam terra obtegi: gravissimum certe recensendum est in causis perniciosae nostrae, mutuae de rebus, de quibus minime decebat, susurrations, quae clamorem certaminis exitiosissimi nobis excitarunt; pignorum interversiones, quibus ditati sumus, quamquam hic illi ridet, qui etiamnunc divitiarum amantes sunt; infitiationes pactionum, quibus praelucet venerabilis crucis imago, deinde subsequitur etiam mentio sanctae trinitatis unius et omnipotentis dei ab utroque perscripta paciscentium, pactionemque iureiurando confirmantium: quae res propter crimen periurii deum necessario nobis infestum fecit.

Quid causas miseriae alias multas persequar, ubi deest tempus? sufficiat monuisse, deum iustum et iustitiae amantem esse: quare nullam ille communionem habet cum hominibus, qui ingenio dissimili sunt, neque cessabit unquam variis viis insectari omnes, qui in numero iniustorum deprehendentur.

Videor mihi, cives tum rite nobiscum militantes, tum vos, recens conscripti, accurate et solerter exposuisse res nostras, et quasi imagine

τεχνικῶς, καὶ εἰκόνα ταύτην ἐν ἡμῖν ἀνεστήλωσα διδασκαλικήν ὧν ἐπάθομεν· καὶ ἔστιν ἀπὸ τῆς ἄρτι ὄφελος διαβαίνειν εἰς τὸν τῆ ζωγραφία ταύτῃ ἐπεντρανίζοντα, καὶ μὴν καὶ ἀγαπῶντα· ὡς ὁ γε τὴν ἀκριβῆ διαζωγράφησιν μεμισηκῶς οὐδὲν ἤττον, φασί, καὶ τὴν ἀλήθειαν συνεμίσησεν. οἶμαι δὲ καὶ ὡς εὐλαβητέον, μὴ τῆ περιφρονήσει τῶν ἐνταυτοῖ διζωγραφημένων καὶ τῆ ἐντεῦθεν ἀπαλειφῆ τοῦ τυπώματος ὧν πεπόνηθαμεν, ἀνάγκη ἐστί καὶ ἑτέρῳ μεταχρονίῳ ἀρχιζωγράφῳ τῶν τοιούτων πινακογράφημα ἕτερον ἐφ' ὁμοίοις παθήμασιν ἐν ἡμῖν στήσασθαι. εὐ γὰρ ἴσπε πάντως ὡς οὐ μίαν<sup>10</sup> πληγὴν θεὸς ἐντήκειν οἶδε τοῖς ἀνεπιστρόφως κακοτρόποις, οὐδὲ εἰσάπειξ, ἀλλὰ πολλὰ βέλη παρ' αὐτῷ ἢ μυνικὴ φαρέτρα κρύπτει, ἐξ ὧν αἰεὶ κατασκοπεύονται αὐτῷ καὶ βάλλονται, συνεκπολεμούσης αὐτῷ καὶ τῆς ἀρᾶς [τοῦ μυροβλύτου]. ἀλλὰ μὴ ἡμῖν, κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν.<sup>15</sup> ἔξελοῦ [δὲ] θλιβομένους ἡμᾶς, καὶ οὕτω δοξαζόμενος κατὰ τὸ "καὶ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου ἐπικαλέσεις με, [καὶ ἔξελοῦμαί σε,] καὶ δοξάσεις με," τὸν ὄντως ὑπερδοξασμένον, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

quadam ostendisse, quae passi sumus; atque necesse est, procedere nos ab ea, quam modo proposuimus, tabula ad eum, qui tabulam curiose intuetur adeoque diligit: quippe qui oderit accuratam imaginem, pariter, aiunt, etiam rem ipsam oderit. cavendum est igitur, ne, quum contemnuntur, quae hic depicta sunt, et propterea deletur extinguendis coloribus imago eorum, quae passi sumus, mox ab alio talium rerum pictore primario tabulam alteram in simili miseria vobis proponi oporteat. bene enim nostis omnes, deum non semel nec nisi unam plagam infligere solere hominibus obstinate flagitiosis, sed multas conditas esse in pharetra eius sagittas, quas perpetuo intendit et emittit, provocatus etiam precibus sancti, qui unguenta exsudat; noli vero in nos, domine, noli in nos illas intendere, sed auge gloriam nominis tui, et libera nos a vexationibus, gloriosus secundum illud "die vexationis tuae profecto invocabis me, et liberabo te, et tu me gloriaberis," qui omnem gloriam exsuperas per omnia saecula.

---

AD

# LEONIS GRAMMATICI

## VITAS RECENTIORUM IMPERATORUM

FR. FRANCISCI COMBESII Ordinis Praedicatorum

Congregationis S. Ludovici,

### N O T A E.

---

Leonis Grammatici an extet monumentum aliud aut memoria, me latet. fuisse eum supparem illis quorum res gestas prosecutus est, ipsa subscriptio clare indicat. num is ipse sit cuius meminit Cedrenus initio historiae, *Λέων ὁ Καρίας*, coniectura non levis fuerit, cum ipsum Leonis nomen, tum quod alia ac tantisper recentiori manu subiectum extat illi subscriptioni in Reg. cod. *Λέων πρόεδρος καὶ δούξ τῶν κιβυραιοῶν ὁ Τζικάνδαλος, καὶ οἰκεῖος ἄνθρωπος τοῦ κραταιοῦ καὶ πρώτου ἡμῶν βασιλέως*. adiectum enim hoc ad auctorem designandum sibi quis facile persuadeat. Cibyra Plinio Cariae est, etsi aliis Phrygiae, quae sunt regiones vicinae. at num magis istud Vaticano ac Barberino continuatori anonymo conveniat, quem et Cedrenus praecipue post Theophanem sublegit, haereo. is namque vere imperatoris, atque id primi, familiaris fuit, uti liquet ex prooemio, quo suam illi historiam ac recentiorum imperatorum vitas inscribit, nempe Constantino, qui et primus imperator, etsi eum Romanus ab eo imperator adlectus gradu deiecerat, primumque ipse locum ac gerendae reipublicae auctoritatem summam usurpaverat, ac praeter titulum vix aliud quod sit maiestatis Constantino reliquerat. at nihil vetat fuisse Constantino, ut

erat literarum amicus, domesticos plures seu familiares, quorum ipse studia foveret. vix quicquam Leoni grammatico ac anonymo illi continuatori commune ad usque Basilii Macedonis vitam, quae ipsa non continuatoris anonymi sed ipsius Constantini Basilii nepotis lucubratio est: in reliquis pleraque affinia, plerumque etiam iisdem verbis concepta, aut ex aliis alia facta tantisper mutatis vocibus, ut alterum alterius usum laboribus necesse sit. a fusioribus mihi Notis temperandum, iis duntaxat breviter, quoad licebit, expositis quae lectori moram iniicere possent, sua iam mole importuno fere volumine, ac cum futurum sit ut in sequenti eadem perplura recurrant, aut quibus haec essent illustranda. Leonis Armeni vita, subiecta Theophanis operi, incerto auctore ex Regio producta, prius ipsa recensenda, quae nec ipsa spernenda est.

1 *καὶ λοιπὸν Μιχαήλ*] ita ms cod. qui modus loquendi indicat esse haec ex pleniori historia, ad supplementum aliquod Chronologiae Theophanis, extracta.

2 lacuna facile sarcienda ex Theophane, qui et ipse primo Michaëlis anno coronatum ait eius filium Theophylactum die 25 Decembris: adeoque scriptum sit *εἰς τὰς ἑορτὰς τῶν Χριστοῦ γεννῶν*, nisi auctor affectata brevitate sic locutus est, ut et infra p. 433 Leonem coronasse filium ait *φθασάντων τῶν ἑορτῶν*; iterumque eodem modo loquitur, cum de illius ficta crucis ac imaginis adoratione.

3 *ποισῶντες μαϊουμάδας*, *Maii kalendas tripudio celebrantes*: de qua profana celebritate Meursius, Lacerda etc.

4 *καὶ λοιπὸν ἰδόντες πάντα*] de hac Orientalium, eorumque Ducis Leonis Armeni defectione non omnes consentiunt. cum auctore facit Ignatius diaconus, ex quo forte acceperit ipse, ut et Cedrenus: *πρὸς τοὺς ἐπὶ Θράκην Οὐννοὺς πόλεμος τῷ βασιλεῖ συγκεκρότητο, ἐν ᾧ τῆς ἡττης Λέων πρωτεργέτης γενόμενος παντὶ τῷ στρατοπέδῳ τὴν μετ' αἰσχύνης φυγὴν ἐμαιεύσατο.*

5 *τροποῦνται*] *insidias hostibus struere*. familiaris vox Theophani eo sensu *τὸ τροποῦσθαι*. ipse elegantius Theophanes *λογισμοῦ τινος τρόπον*, ait rem Crumum existimasse, *insidiarum quandam struem*.

6 socer cuius deo invisum imperium ait Michaël, Nicephorus est, cuius erat Procopia filia Michaëlis uxor.

7 *ποιήσας ἰδιόχειρον*] ita patriarcha enitebatur, sed non obtinuit Leonis astu deceptus, rem differendam praetextentis in tempus aliud commodius, ac ubi capessivisset imperium, uti multis Ignatius diaconus, nec non continuator Vaticanus.



8 *ἐπιάγουρον*] vocem *ἄγουρον* pro ephėjo atque iuvene in aula merente exponit Possinius in Anna Comnena, cuius Alexiad. l. 7 ea vox extat. at vocem *ἐπιάγουρον* iterum invenio in Leone grammatico p. 460 de Basilio Macedone dictam, cum robustus proceroquę corpore iuvenis Theophilizis comitatui adlectus est, quem Constantinus in Basiliĩ vita eiusmodi iuvenum, ac qui pulchri essent, *εὐεἰδεις*, ait fuisse studiosissimum non male hic P. Goar *virili*: at malim, *grandi robustoque*. ibi non placet *agrestem iuvenem*: potius *robustum, fortem, grandem*; de quo statim *ὄλον ἄγουρον νῦν ἀπελαβόμεν qualem nunc masculum comitatui adlegi?*

9 *τὸ πᾶν*] nihil est cur redundare existimetur: nec enim novum ut et superlativis adverbia eiusmodi adiungantur.

10 *κόψας καὶ τὴν σοῦδαν*] *vallum latum excisum opponens*. sic p. 416 Nicephorus ambustus dicitur in Bulgaria, *τῷ τῆς σοῦλας πυρὶ: igne valli*, inquit Anastasius nempe lignis illis quibus Crumus castrā circumsepiverat.

11 *τοῦ καὶ Καβαλίον*] fecit Leonis haec diligentia ut et patres Constantini istam pseudosynodum accurate refutaverint; quae eorum refutatio, seu potius S. Nicephori eorum nomine, luculenta extat in uno cod. Regio, perquam digna luce.

12 *καὶ Κασυμαθᾶ μαθόντα τὴν γραμμ.*] ego sic reddam, *qui Casymatha ludimagistro grammaticam didicisset, senexque legisperitus ad Sphoracii aedes diversatus esset ac pueros docuisset*. liquet enim unum hic designari Sylaei sive Pergensem episcopum Antonium, qui omnibus his gradibus eam sit adeptus sedem, haeresimque iconomachorum promoverit, non tres diversos, quod sonant verba interpretis.

13 plura Ignatius diaconus de tota hac disputatione in S. Nicephori vita, eiusque exitu ac persecutione ecclesiae illata.

14 *τῶν ἐορτῶν*] amica auctori vox: qua ubique Christi natalem significet.

15 *στυλῆναι*] *vexari*. habetur ea vox Luc. 7 et 8.

16 *σταυρὸν ἔχων εἰκόνα*] *crucem in quo imago depicta esset*, forte ipsius Christi ex ea pendentis, quam ipsam iconoclastae improbabant. nudam crucem hactenus ii tolerabant, eo mitiores nostri aevi sectariis, non ita quae adiunctas vel appictas imagines haberet. crucem nuper ligneam ferente Graeco hieromonacho vidi, in qua tota fere euangelica historia subtili satis statuario opere efficta extabat.

17 οὐτε ἐπιδιατάσσομαι] ipsa est aliis verbis prima interrogatione S. Nicephori responsio p. 437: *nihil eorum quae etc. nova ordinatione evertō*. sic semper vetus fides unaque.

18 διεφορήθη] *diffлото humore aut sudoribus resolutio tantisper convaluit*.

19 τὸ σιγῆ] non *silenter* putem, uti redditum: non enim ita peragitur quod tumultuaria militum manu exequentium mandatur: sed *trahendo* apertaque vi patriarchio exportarent, necdum scilicet per aegritudinem ipsam incedere valentem.

20 ἀπέκτεινεν καὶ ἐθαλάσσωσεν] *interemit ac pelago mersit*, ex utroque scilicet ordine. quid velit de revocatis exulibus deficiente codice divinare non possumus.

21 τὸν χαλῆ.] uno verbo auctor anonymus τὰ ζωδία τοῦ ἵπποδρομίου. draconem intelligo ad circi mare seu aquarum sinum ac fontem.

22 ὁ Ἀμορραῖος] non placet ea vox, nec quod emendatum, ὁ Ἀμοραῖος. melius continuator Vat. ὁ ἐξ Ἀμορίου. quod statim sequitur de remissa tantisper Michaële imperatore excitata a Leone persecutione, egregie Ignatius in vita S. Nicephori exponit, qui et navatam viro sancto operam ut Michaëlem ecclesiae addiceret pulchre describit, deterrendo nimirum ab haeresi decessoris exemplo, qui ita misere in templo vitam abrupisset. quaesitam item Michaëli ἀδιαφορίαν, et ut quod vellet quisque sectaretur, nec alii aliis obloquerentur; eaque silentii conditione Nicephorus sedem reciperet. verum haec tantisper expectanda, ut et laudatus continuator, qui ipse fuse prosequitur quae Leo velut solum acu notat.

23 ἀφ' ὧν] aliter emendem quam interpreti visum [omittit Goarus]; leviorique seu potius nulla mutatione, sed unius duntaxat elementi, quod festinanti scribae excidit, restitutione, ut ἀντι τοῦ ἀφ' ὧν, sit Ἀφρων: *cum haud ita pridem Afri ob peccata populi, eorumque qui rerum potirentur impietatem, coepissent res Christianorum in humile cogere, suaeque ditionis facere*. dictum hoc distinctione ab aliis Arabibus, qui pridem in Syria Aegypto ac locis aliis rem labefactassent Romanam. Cedrenus Arabes Hispanos vocat qui Cretam ceperunt aliasque insulas, ipsi nimirum qui et conserderant in Africa ac utraque loca tenebant.

24 προσεκαλέσατο] isthaec eadem pluribus continuator Vat. et ex eo Cedrenus; qui hanc Theophili severitatem non tam iustitiae zelo ascribunt, quam ut ille sibi ab insidiis

caveret subditosque a violenta in principem manu deterret. Leonis grammatici ratio, ut voluerit ulcisci principem iconoclastam eidem ipse addictissimus haeresi, ieiunior est, cum nec pater illius ab ea abhorreret. summi Theophili rigoris iure dicendo exempla affert plurimumque laudat auctor orationis Dominica τῆς Ὁρθοδοξίας, nobis edita Auct. tom. 2; e quibus hic aliqua refert Leo et sugillat.

25. μετ' ὀλίγου δὲ καὶ μίγ.] paulo haec latius Leo quam continuator aut Cedrenus qui tamen alia addunt scitu digna.

26 illud μετὰ παρακλήσεως expronam ego *obsecrando*, velut scilicet pro iniuria excusando, cuius ille memoria noluerit sedem recipere ac dignitatem, Theophilo interim maioris ecclesiae oeconomi officium imponente; quae officia non minoris erant Graecis quam summa ipsa sacerdotia ac episcopatus, uti fere nostris cardinalitia dignitas atque purpura. gloriantur enim etiamnum clerici maioris ecclesiae velut et ipsi de latere sui antistitis; quem ideo proxime assectari debeant, ac provincialibus ipsis episcopis praecire.

27 τὸ φυλακτὸν] est quod Cedrenus σταυρὸν appellat. sic ipse P. Goar p. superiori, δούς τὸ ἴδιον φυλακτὸν. *propria cruce amuleti loco e collo pendente ipsi tradita*: non ita bene hic, *saluum conductum*, quod rem minus explicet. continuator Vat. καὶ μάρτυρας τῶν εἰρημένων τό τε τοῦ βασιλέως ἐγκόλιον καὶ τὸ χρυσοβούλιον ἐδίδου *auream bullam contradit*, seu tabellas eius sigillo obsignatas ac manu subscriptas, quibus nec expressa figura crucis deerat. aliud tamen ac peculiariter τὸ φυλακτὸν, ἐγκόλιον, σταυρός, semel et iterum ad maiorem sacramenti religionem Theophilo usurpatum. C τοῦτο ἐν μείζονι τιμῇ, ἢ τὸ πρῶτον κάθιστο. *quae res, sicque parva victoria fecit, ut in maiori quam prius honore haberetur.* τῷ προτέρῳ πλεονεκτῆματι. hic deest vox aliqua; putem, πεποιθώς: *priore confisus compendio*: bene animatus ex superiori victoria Manuëlis auspicio.

28 Ζάπετρον] continuator ac Cedrenus Σωζόπετραν scribunt, amerumnis patriam, cuius excidii ulciscendi causa is Amorium postmodum excidit Theophili patriam.

29 διὰ τὸν τοῦ ἀμερουμνῆ ἐκεῖθεν] obscurum hoc. num διὰ τὸ τὸν ἀμερουμνῆ ἐκεῖθεν: *urbem tunc opulentam ac potentia claram, eo quod inde Amerumnnes oriundus esset*; ut subaudiatur, aut desideretur vox ὀρμαῖσθαι. vel διὰ τὴν τοῦ Ἀμερουμνῆ ἐκεῖθεν πατρίδα. *quod esset illic Amerumnis patria*; an magis hiatus est? integre vero laudatus continuator: τὴν Σωζόπετραν ἐκπολιορκήσας πατρίδα τρυγάνουσαν τοῦ

Ἀμεραμονουῆ. ὑπὲρ ἧς ἐγένετο ἐκείθεν διὰ γραμμαίων προ-  
τρέψασθαι ἀναχωρεῖν τὸν Θεόφιλον ἐκ τῆς πατρίδος αὐτοῦ.

30 tria continuator adversus sacras imagines impiorum imperatorum edicta profert, 1. a Leone Isauro, ut sancti nomen nunquam illis appingeretur, aut id illae vocarentur; quod dei proprium diceret, ut sit ac dicatur sanctus. 2. a Michaële Theophili patre, ut non adorarentur. 3. a Theophilo τὸ μηδὲ χρώμασι ταύτας τυποῦθαι τε καὶ μορφαίεσθαι.

31 ἄγοντα] ad hoc interpres: *redundat*; itemque seq. linea ad illud οὐ καθεκτὴν Ῥωμαίοις. mihi utrumque aptum ac sensui necessarium. primum ita expressit continuator: ὡς δ' ἡμάρτανεν αὐθις, καὶ τρίτον δὲ ἐκ στερροτέρας ψυχῆς τὴν συνέχουσαν φάλαγγα τὸν βασιλέα διέκοψεν, καὶ πλησίον ἐγγόνει τούτου, ὡς καὶ ἱμῶσι τὸν ἐπιφέροντα τούτου ἐπιδη-  
σαι ἵππον καὶ αὐθις ὑπεξερύσασθαι ἐτύγγανεν. adeoque exiit ἄγοντα τούτου ἐξάγων: *vehentem illum equam educens*. alteri simile illud laudati auctoris: ἐτρώθη τὴν ψυχὴν ἀνῆρ, βασιλέα Ῥωμαίων αἰχμάλωτον γενέσθαι φοβούμενος καὶ τῶν ἐχθρῶν ὑποπόδιον. Leo ita scribit, ut eo in praelio vulneratam Manuelem exque vulnere brevi mortuum significet, cum continuator calumniam subiungat huius ipsius officii occasione ortam, qua coactus est ad Agarenos fugere, ac reliqua superius Leoni de illo enarrata. uter certiora monumenta secutus sit, haud facile sit divinare. non deesse ait continuator qui hanc illius fugam ad Agarenos sub Michaële Theophili patre ponant.

32 Ἴππος ᾧ ἐποχεῖται] hanc equi ablati historiam longe aliter continuator ac Cedrenus narrant; eorumque vero similior narratio. Manuelem in Persarum expeditione adversus Amorium adhuc superstitem, postque ipsum Theophilum, iidem faciunt; nisi iste alius atque iunior Manuël existit.

33 ὁ πρωτοσύμβουλος] hic quoque ipse amerumnus supermusque Arabum dux ac velut imperator sic appellatur.

34 hanc prodicionem Boiditza auctore, et ut nihil astrologiae in ea intervenerit, sed sola indicatio partis illius murorum qua facilis esset ad urbem accessus, sagitta cum epistola e muro in hostium castra emissa, solidius Vaticanus continuator, quam vel Leo vel Cedrenus qui rem paucis perstringit.

35 Θεόφιλος] sunt hi turmae 42 martyrum praecipui heroës, quorum certamen continuator Vat. describit. πρωτοσπαθάριος εὐνούχος ὁ Κρατερός. unus haec Theodorus.

36 huius Constantini constantiam atque operam confirmando Theophilo pulchre enarrat laudatus auctor.

37 τὸ Σαξιμοδέξιμον] exponit continuator quid istud in eo fonte esset.

38 αὐτόν] melius αὐτοί, deestque vox aliqua, qua praeter subditos Persas alii significantur Theophobo addicti. Amastri consedissee μετὰ τινῶν ἐκκρίτων ἀνδρῶν habet anonymus, cum Theophilo suspectus ab eo discessit; qui ipsi videntur, per quos rerum summane in Theophobum transferatur timet Theophilus.

39 τῇ δὲ ἁ κυριακῇ] videtur hic hiatus, ut incipiat auctor referre historiam restitutionis imaginum prima illa dominica quadragesimae, quam multis continuator Vat. prosequitur; nisi compendio sic Leo scripsit, τὴν ἐκκλησίαν εἰρήνευσεν τῇ ἁ κυριακῇ τῶν ἁγίων νησιεῶν ecclesiae pacem composuit dominica prima quadragesimae. tum sequatur de Theoctisti expeditione: ἀπέστειλεν δὲ Θεόκτιστον.

40 καὶ τὴν φυγάδα sit καὶ τὴν φυγὴν δὲ προσχ.] fugamque expedit, audiens Augustam alium imperatorem creasse: cui forte nupsisset, uti in superioribus et sequentibus non desunt quae sic assumptis in maritos imperii faces detulere; idque Theoctisto formidabile, qui puerulo imperatore, ac matre Augusta, summa in aula auctoritate polleret. nihil ergo necesse contra textus fidem reddere, Augustam urbe fugisse.

41 τὸν αὐτὸν πάλιν] nihil hic hiulcum, sed post vocem φανείς, ut fuerit descripta eius in urbem receptio, tametsi rem sic male in Creta gesserat; sequaturque iniuncta alia expeditio, in qua nihil felicius cessisse Theoctisto ipsa haec Leonis mutila indicant, ob illius severitatem odioque in eum quibusdam proceribus ad Saracenos deficientibus.

42 ἀπέχθειαν] anonymus ista suppressit, ut et Cedrenus viri forte reverentia, quem pene auctorem restitutarum imaginum agnoscant.

43 ὁ Κόμης] emendat P. Goar, non bene: is enim iam obierat, primis fere Leonis Armeni annis, ac dum integram illam expeditionem urbem eversurus parat, uti Reg. anonymus supra; eratque iam Baldimer illius nepos Bulgarorum princeps, ut Leo ipse iam dixerat. quem hic Michaëlem Bulgarum vocat, num ipse sit quem paulo ante Baldimerem appellaverat? ego sic puto occupato eum vocasse, etsi et illud postea nomen in baptismo accepit a Michaële impositum, uti habetur p. 462. quo etiam loco et ante baptismum eadem occupatione Michaël nuncupatus invenitur. Cedrenus Crumi

successorem, utique Baldimeris patrem, Crumi nepotis, Crytagonem vocat. quid si Leo quem et Baldimerem et Michaëlem dixerat, ex patris etiam nomine sic nuncupavit, scripsitque ὁ Κροντάγονος, ex quo imperitus librarius suum Κόμης expresserit, ut est facilis error in nominibus propriis? Bulgarorum principem ac dominum comitem appellatum me legisse non memini; nec aliter emendem quam exposui.

44 ἐπιάγουρον] *robustum, procero corpore ac stipato, non agrestem.* vide p. 431, ubi et de voce ἄγουρος. vulgari lingua est ἄωρος *immiaturus*, ut non omnino dissideat ista significatio ab altera, qua pro adulto robustique corporis iuvene accipitur hic et apud Nicetam.

45 εἰς ἣν καὶ ἐλοιδορεῖτο] forte mulierculam uxorem tradens qua scorto abusus esset, uti etiam inferius liquet fecisse Basilio. sic Plutarchus *λοιδορεῖσθαι εἰς δυσγένειαν.*

46 τῇ νύμφῃ αὐτοῦ συμφθίρεται] *nempe repudiata, ut habet continuator Vaticanus ἀλλόγως καὶ ἀναίτιως uxore propria.*

47 ποιῆσαι παραίτησιν] *quo se ille munere abdicaret.* quod tamen minime consecutus est, obnitente Ignatio, donec per iniuriam depositus vique expulsus est. multis traegediam prosequitur Vat. continuator, ut et Nicetas, auctorque vitae Nicolai Studitae.

48 τῶν ἀθέων Ῥῶς] *narrat laudatus continuator, ex quo Cedrenus, brevi post missis legatis factos esse Christianos.*

49 κυρίαν αὐτὴν ἔχειν] *illi honorem ceu dominae haberet, eam observaret, nec tam sibi uxorem haberet quam Michaëli spurcissimo concubinam servaret; ex quo etiam pag. 468 dicitur Leonem suscepisse.*

